This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
FROM THE LIBRARY OF
Professor Karl Heinrich Rau
OF THE UNIVERSITY OF HEIDELBERG
PRESENTED TO THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
BY
Mr. Philo Parsons
OF DETROIT
1871

Conft. 12 H. 48 Nr.
QK
92
.P47

10762
HARVARD LIBRARY
University of
MICHIGAN

# SYNOPSIS PLANTARUM,

SEU

# ENCHIRIDIUM BOTANICUM,

COMPLECTENS

ENUMERATIONEM SYSTEMATICAM SPECIERUM
HUCUSQUE COGNITARUM.

CURANTE

DR. C. H. PERSOON,

DIVERSARUM SOCIETATUM MEMBRO.

In parvo copia. . .

PARS PRIMA.

PARISIIS LUTETIORUM,
Apud CAROL. FRID. CRAMERUM.
ET TUBINGÆ,
Apud J. G. COTTAM.

1805.



# PRAEFATIO.

Quum duo abhinc et quod excurrit annos, suasu cl. *Crameri*, amici conjunctissimi itidemque Botanices amantissimi, hocce qualecumque opusculum exarandum susciperem, rei herbariæ studiosis non melius posse consuli arbitrati sumus, quam si quæ hucusque in variis aut nimis voluminosis operibus descriptæ extant plantæ, in συχνιδιον colligerentur, quod excursionibus et visitandis hortis botanicis inservire possit; et luculentissima plantarum messis, Botanicorum solertia in dies crescens, angusto quasi horreo comprehenderetur. Quam ob rem non solum eligenda erat typographo minutissima, eoque elegantissima, libelli et characterum typographicorum forma, verum etiam auctori elaborandum, ut, omissis supervacaneis synonymis, amplisque vegetabilium descriptionibus, quibus in ingentem molem evadere solent spissa illa volumina, essentiales solum, quos vocant, exhiberentur characteres tum generici, tum specifici, atque pauca tantummodo laudarentur opera, in quibus icones inveniantur, aut majores præsto sint plantarum adumbrationes.

Quum vero haud raro solis ex phrasibus, ob earum brevitatem, non rite dignosci queant plantæ; non ex re fore putavi, si characteribus specificis aliquando subjicerentur observationes breviusculæ, aut, qui novissimis præsertim temporibus innotuere, stirpium virtutes tam medicæ quam physicæ, nec non usus œconomicus commemoraretur. Quod vero nec ubique, nec amplis verbis factum; quippe vetabat instituti nostri ratio.

Quantum vero fieri potuit, et per temporis huic operi perficiendo præscripti angustias licuit, definitum mihi fuit et propositum, in eo imprimis studere, ut, si non omnes, pleraque tamen cognitæ species, brevissimo comprehenderentur spatio. Quocirca non pauca consultanda erant opera, ex quibus summi LINNÆI *Species Plantarum*, ex curatione celeber. WILLDENOWII (cui plures observationes inde depromtas me debere, grata agnosco mente,) eo lubentius secutus sum, illudque opus, utpote locuples præ ceteris, allegavi, quo majorem ibi quisque synonymorum et descriptionum copiam pervolvere potest. Sed recentiora etiam bene multa scripta, quæ, si, vel novarum specierum, vel observationum quas continent

gazam, aut iconum elegantiam et fidem spectes, ditissima sunt, in usum meum converti.

Quanto stirpium, tum plane novarum, tum ex laudatis operibus haustarum numero, Synopsin nostram augere et ornare contigerit, quisque facile intelliget, qui ejus comparationem ad alia vel maximi voluminis opera instituere velit. Monendum tamen est, nonnulla recentiora Botanicorum scripta, quæ sub libelli confectionem in lucem prodiere, nimis sero, quod doleo, aut nondum in manus mihi pervenisse: quæcunque igitur vel novæ ibi extant species, aut quæ ex industria nonnunquam hic sunt omissæ, accuratius adhuc requirentes examen, eas *Mantissa* exhibebit, ad finem operis proditura.

In ingenti e contrario vegetabilium numero, quo scientia botanica nunc superbit, nullus judex æquus gravi mihi, opinor, vertet vitio, si forsitan aliquæ species sub diverso aut eodem genere bis enumerentur, quarum nonnullæ inter *Emendanda* jam sunt adnotatæ. Etenim non unius hominis est, omnes examinare aut ex autopsia cognoscere plantas; sed plurimas fide auctorum adoptare necesse est, quarum descriptiones aut diffe-

rentiæ aliquando nimis breves sunt, aut, forte pro speciminum conditione ad quæ sunt compositæ, inter se differunt. A Botanicorum humanitate hinc in scientiæ emolumentum petimus, ut tales nobis indicent operis defectus et hallucinationes, communicatis simul, si fieri possit, plantis, ut novis ab iis descriptis.

A systemate sexuali, omnium arteficialium ceteroquin optimo, in eo recedere coactus fui, ut classem *Polyadelphiam* et *Polygamiam*, cum Botanicorum ut credo consensu, supprimerem, quo plura genera vinculo naturali inter se connexa invicem magis approximarentur : ex. gr. ut unum exemplar omnium adducam, genera *Metrodiseros* e classe Polyandria, et *Melaleuca* ad Polyadelphiam relata, quæ tantummodo inter se filamentis simplicibus aut ramosis differunt. Classis *Polygamia* partium abortu nec ratione solida innixa, plura talia offert specimina.

Characteres genericos et specificos, ubi hoc necessarium videbatur, ex meis aliorumque observationibus emendavi et auxi. Nomina, sic dicta trivialia, rarissime mutavi, nisi hoc aut error postularet, ubi nempe planta

quædam a patria plane diversa est denominata, (ex. gr. Cruzita *hispanica* L., quæ in America crescit; Bergia *capensis*, planta indica; Rumex *Britannicus* (nomen videtur pharmacopæum) in Anglia nondum detectus, sed Americæ indigena; *Erica caffra*, ex Europa australi,) aut si nomen nimis sesquipedale et minus sonorum videretur. E contrario in parenthesi nomen quasi secundarium passim addidi, quo idea plantæ forte distinctior concipi possit.

Ex stirpibus jam cognitis necessarium aliquando esse ratus sum peculiaria constituere genera, præsertim si natura fructuum aliarumque florum partium hoc requireret. Melius autem judicavi, eas species (nonnullis forte tamen excipiendis) ab aliis leviter in charactere generico aberrantes, imprimis si genus minus amplum sit, sub divisione peculiari aut subgenere, quo etiam nonnulla Botanicorum recentiorum genera relata sunt, comprehendere, ne ultra necessitatem genera multiplicentur; ad quod ceteroquin ætas nostra nimis proclivis videtur. Quo etiam spectat nimia facilitas aut abusus, quod plantae saepe induantur nomine hominum obscu-

rorum, aut aliis in artibus vel litteris, in re vero botanica non aut vix versatorum; unde nuncupationis ratio nec amplius incitamentum, nec merces laboris æstumari poterit.

Ad finem cujusve classis species illae anomalae enumeratae sunt, quæ si solummodo partium frutificantium numeri rationem habeas, ibi quærendæ sunt. Hae a LINNÆO aliisque auctoribus, in clavi ita dicta generum, etiam inveniuntur adnotatæ.

Varietates præcipuæ et subspecies non omissæ sunt. Speciebus obscuris, aut quoad sedem dubiis, vel accuratiori indagationi subjiciendis, signa crucis seu asteriscum apposui.

Virorum meritissimorum conatus ac studium semper in eo collocatum fuit, ut methodus inveniatur, qua plantarum genera serie naturali in diversas disponantur tribus, quas facilius ob eorum multitudinem mente complecti et illorum diversitatem observare possimus. In systemate contra mere artificiali, a particulari plantarum parte, nec toto habitu simul considerato, composito, non raro genera immo et species in variis classibus, nec non ordi-

nibus, relationi, quæ inter ea obtinet, plane contrario, existant dispersa.

Attamen negari non potest, in ipso systemate Linnæano, characteribus pluribus minusque variabilibus innitente, non solum plura genera, habitu naturali convenientia, juxta se invicem collocata, sed et integras classes, pauca genera intermixta si excipias, naturales esse, ex gr. *Didynamia*, *Tetradynamia*, *Monadelphia*, *Diadelphia*, *Syngenesia*, *Gynandriæ prior ordo* et *Cryptogamia*. Ubi nunc in prioribus classibus talium generum cohors occurrit, nomen familiæ s. ordinis naturalis plantarum cum suis characteribus succinctis in eorum gratiam anteposui, quibus methodus naturalis minus familiaris est. Hoc vero in *Hexandria* haud necessarium autumavi, cum plurima genera satis inter se congruant, et de eorum distributione aut potius limitibus auctores methodi naturalis adhuc dissentiant.

Ad hunc finem ill. A. L. DE JUSSIEU *Genera Plantarum*, opus vicissitudines in scientia sæpe obvias non facile subiturum, ut optimum secutus sum. Meum etiam est, celeberrimo ac humanissimo hujus libri auctori de

ejus in me beneficientia gratias reddere sincerrimas, quod herbarium suum, ut inter omnes constat, ditissimum, non raro perscrutari mihi permiserit.

Grata quoque mente laudanda est eorum virorum in me benevolentia, qui mecum aut observationes communicarunt aut novas plantas describendas concesserunt, vel rarioribus collectionem meam augere voluerunt; hi nomina sua singulis symbolis, mihi ab illis concessis, adscripta inventuri sunt.

C. H. Persoon.

Dabam Parisiis, die 12 Martii, 1805.

# COLLECTION
## D'OUVRAGES ÉLÉMENTAIRES
### SUR DIFFÉRENTES SCIENCES,

ET

D'AUTRES ÉCRITS RELATIFS A L'INSTRUCTION.

---

# SYNOPSIS PLANTARUM,
## HUCUSQUE COGNITARUM;

SECOND OUVRAGE, PREMIÈRE PARTIE.

---

Éditeur,

CH. FR. CRAMER.

CETTE Collection est destinée aux Professeurs et Élèves des Écoles secondaires et des Lycées, aux Maîtres en général, ainsi qu'à tous ceux qui, privés des ressources de l'instruction publique, veulent y suppléer par des Manuels clairs et méthodiques, qui leur offrent les notions les plus nécessaires de Bibliographie et les élémens des principales sciences.

UNE grande partie de ces Manuels manque en France à l'instruction. A la vérité, il existe des Abrégés sur différentes matières qui en feront l'objet; mais ces Abrégés ne sont ni exacts, ni complets, ni méthodiques, et ils sont moins combinés pour l'avantage de ceux qui apprennent, que de ceux qui savent : au lieu que l'utilité de plusieurs de ceux qui composeront cette Collection est reconnue par l'expérience et leur usage habituel dans la plupart des écoles des nations éclairées qui avoisinent la France.

# SYNOPSIS
# SPECIERUM PLANTARUM.

## CLASSIS PRIMA.

## MONANDRIA.

### MONOGYNIA.

*Scitamineæ* (*Gen.* 1-16.) *forte melius ad* Gynandriam *referenda*, *caule sunt herbaceo*, *petiolis vaginantibus tecto*, *foliis nervosis* : *junioribus convolutis*, *floribus spathaceis*, *ſtam. ad styli basin inserto. Stam. duo in* Globba.

1. CANNA. *Cor.* 6-partita, erecta. *Nect.* bipartitum, revolutum. *Styl.* lanceolatus, corollae adnatus. *Cal.* 3-phyl. *Caps.* muricata.

1. *paniculata*, fol. ovatis, subtus lanatis argenteis; petalis interioribus brevioribus. Ruiz et Pavon. Flora Peruv. et Chilensis. vol. 1. p. 1. t. 1. f. 1. Hab. in Peruvia. Caps. obovata, echinata. ℞

2. *Iridiflora*, fol. ovatis acuminatis, laciniis tribus corollae interioribus majoribus. Flor. peruv. l. c. Hab. in Peruvia. Cor. laciniae 3 exteriores purpurasc. Caps. oblonga, maxima. Fol. subtus lanata. ℞

3. *indica*, foliis ovatis utrinque acuminatis costatis. C. fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis. Willd. spec. plant. Lin. 1. p. 3. Knorr. del. hort. 2 t. C. 2. Rumph. amb. 5 p. 177. t. 71. t. 2. laciniis corol. subaequalibus. Fl. Peruv. ℞

*. *lutea*, petalis interioribus erectis luteis, nectarii laciniis revoluta lineolis rubicundis irrorata, foliis ovato-ellipticis. Ait. hort. Kew. 1. p. 1. Hab. inter tropicos Asiae, Africae, Americae. ℞

4. *coccinea*, fol. ovatis nervosis, bracteis ovatis pulverulentis. Mill. dict. Ait. l. c. Omnino species distincta videtur, cum humilior sit et jam primo vere floreat. Fol. breviora et latiora. ℞

5. *angustifolia*, foliis lanceolatis petiolatis costatis. Willd. loc. cit. Pis. bras. 213. Hab. inter tropicos Americae, in umbrosis spongiosis. C. indica humilior et angustior. ℞

6. *glauca*, fol. lanceolatis glaucis subtus enervibus. Willd. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69. Hab. in Carolinae aquosis. ℞

7. *juncea*, foliis linearibus nervosis. Retz. obs. fasc. 1. p. 9. n. 1. Hab. in China. Corolla parva obscure rufa. ℞

2. HELLENIA. *Cor.* limbus duplex, exterior subtrifidus. *Nectar.* diphyllum vel bifidum. *Capsula* trilocularis, coriacea, inflata, subglobosa. *Calyx* spathiformis, campanulatus bifidus.

1. *Allughas*, nectariis diphyllis, capsulis subspongiosis, foliis integerrimis. Willd. spec. pl. 1. p. 4. Heritiera Allughas Retz. obs. fasc. 6. p. 17. tab. 1. Rheed. mal. 11. p. 29. t. 14. Hab. in Zeylona. Inflorescentia totius generis paniculata. ℞

2. *alba*, nectariis diphyllis, capsulis striatis, foliis integerrimis. W. Heritiera alba. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. fasc. 3. p. 64. Hab. in China. ℞

3. *chinensis*, nectariis diphyllis, foliis ciliatis. W. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Colitur in hortis Sinensium. ℔

4. *aquatica*, nectariis monophyllis bifidis, foliis margine denticulatis. W. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Habitat in Indiae stagnosis inter frutices. ℔

3. RENEALMIA. *Cor.* trifida. *Nectar.* oblongum. *Cal.* monophyllus in 2 s. 3 dentes irregulares rumpens. *Anth.* sessilis, nectario oppositа. *Bacca* carnosa.

1. *exaltata*. Willd. Sp. pl. 1. p. 6. Hab. in Surinamo. Arbor 20-pedalis. ℔

4. AMOMUM. *Cal.* 3-fidus, inaequalis, cylindricus. *Cor.* 3-partita, inaequalis, patens. *Nect.* 2-labiatum, erectiusculum.

1. *racemosum*, scapo spathis oblongis tecto, racemo composito Fl. peruv. 1. p. 2. t. 1. f. b. Copiose in Peruviae sylvis. Cannum refert. Caps. nigra leviter striata. Sem. acria oleosa. ℔

2. *thyrsoideum*, scapo spathis oblongo-ovatis vestito, spica conico-thyrsoidea. Fl. peruv. l. c. t. 2. Cum priore crescit. Capsula magna ventricosa. Rad. tuberosa fasciculata. ℔

3. *Zingiber*, scapo mediocri, spica ovata, foliis lineari-lanceolatis. Swartz obs. p. 2. Rumph. amb. 5. p. 156. t. 66 f. 1. Willd. S. P. 1. p. 6. ℔

4. *Zerumbet*, scapo nudo, spica oblonga obtusa, squamis subrotundis, foliis ovato-lanceolatis. Hort cliff. 3. Ehret. pict. t. 14. f. 1. Mill. dict. n. 2. ic. 17. t. 25. Blackw. Herb. t. 402. Hab. in India. ℔

5. *Zedoaria*, scapo nudo, spica laxa truncata. Berg. mat. med. p. 4. Amomum latifolium. Lamarck encyclop. 1. p. 133. Petiv. Gazoph. t. 23. f. 1. Rheed mal. 11. p. 13. t. 7. Hab. in India. ℔

6. *sylvestre*, scapo nudo, spica elongata, bracteis oblongis ventricosis, foliis lato-lanceolatis. Swartz prod. 11. Sloan. jam. 61. hist. 1. p. 165. t. 105. f. 2. Hab. in sylvis Jamaicae. ℔

7. *Mioga*, scapo brevissimo, capsula ovata, foliis ensiformibus acutis. Thunb. Jap. 14. Kaempf. am. exot. 5. p. 826. Hab. juxta Nagasaki in Japonia. Proxime ad Amomum Cardamomum. ℔

8. *angustifolium*, scapo nudo brevissimo, spica capitata, fol. lineari-lanceolatis. W. l. c. p. 2. Sonnerat it. tab. 137. Lamarck encyclop. 1. p. 132. Habitat in paludibus Insulae Madagascariae. Caulis 8-vel 10-pedalis. ℔

9. *Cardamomum*, spica radicali sessili obovata, foliis obovato-ellipticis cuspidatis. A. scapo simplicissimo brevissimo, bracteis alternis laxis. L. Blacw. tab. 584. et 585. Rumph. amb. 5. p. 152. t. 65. f. 1. ℔

10. *villosum*, scapo vaginato brevissimo, spica subrotunda, bracteis lanceolatis flore longioribus. Willd. l. c. A. villosum, scapo brevi reclinato; bracteis linearibus, fructu villoso. Loureiro cochin. A. p. 4. Rumph. amb. 6. p. 137. t. 61. f. 2. Hab. in montosis udis Indiae. ℔

11. *repens*, scapo ramoso decumbente, foliis lanceolatis. Sonnerat it. ed. germ. 2. p. 188. t. 136. Rheed. mal. 11. p. 9. t. 4-5. Hab. in montibus Gate Malabariae. ℔

12. *Granum Paradisi*, scapo ramoso laxo, foliis ovatis. Blackw. t. 385. Rheed. mal. 11. t. 6. Hab. in Madagascar, Guinea, Zeylona. ℔

5. HORNSTEDTIA. *Cal.* bifidus. *Cor.* tubus longus filiformis, limbus duplex: exterior 3-partitus *Nect.* tubulosum. *Capsula* triloculoris oblonga.

1. *Scyphus*, foliis subtus tomentosis. Retz. obs. fasc. 6. p. 18. Willd. S. P. p. 9. Hab. in nemorosis prope Malaccam. ℔

2. *Leonurus*, foliis glabris ciliatis. Retz l. c. Hab. in sylvis Malaccae. ℔

6. HEDYCHIUM. *Cal.* 1-phyllus duplex, 5-partitus. *Styl.* longissimus. *Nect.* 2-phyllum.

1. *coronarium*. Willd. l. c. p. 10. Retz. fasc. 3. p. 73. n. 20. Rumph. amb. 5. p. 175. t. 69. f. 3. Lam. ill. gener. p. 7. n. 16. t. 1. f. 3. In India, Java. ℔

7. COSTUS. *Cal.* 3-fidus gibbus. *Cor.* 3-partita, ringens. *Nectar.* 2-labiatum: labio inferiore maximo 3-lobo. Bacca?

1. *arabicus*, foliis utrinque glabris, spica pauciflora, squamis apice foliaceis, summis fastigiatis. Willd. l. c. Blackw. t. 394. Merian. surin. 36. t. 36. In America calidiore. ℔

2. *spicatus*, foliis utrinque glabris, spica multiflora subovata arcte imbricata: squa-

mis ovatis simplicibus. Swartz prod. 11. Alpinia (*spicata*) floribus spicatis. Murr. S. V. p. 51. Jacq. amer. p. 1. tab. 1. Moris. hist. 3. p. 251. s. 8. t. 14. f. 8. Hab. ad ripas inque montosis insularum Caribaearum et in Brasilia.

3. *speciosus*, foliis subtus sericeo-villosis. Smith. Act. Soc. Lin. Lond. 1. p. 249. Costus arabicus. Jacq. Icon. rar. vol. 1. tab. 1. Amomum hirsutum. Lamarck encyclop. 1. p. 134. tab. 3. Hab. in India orientali.

4. *echinatus*, spica radicali, capsulis echinatis globosis. Amomum echinatum. Willd. spec. pl. L. 1. p. 3. Globba uviformis Rumph. 6. p. 134. t. 61. f. 1. In Indiae sylvis. Planta obscura, forte distincti generis, cujus capsulam Rumphius l. c. ut baccam describit, quare eam hoc ad genus retuli.

5. *scaber*, thyrso conico, bracteis ovatis adpressis, corol. semiclausis. Fl. peruv. 1. p. 2. t. 3. In sylvis Peruvianis. Fol. subtus pubescentia, vaginae post eorum delapsum scabrae. Cor. alba.

6. *laevis*, thyrso conico bracteis lanceolatis apice incurvis, cor. patentibus. Fl. peruv. p. 3. Cor. luteo-carnea.

7. *argenteus*, thyrso oblongo, bracteis reflexis, cor. patentibus. Fl. peruv. p. 3. t. 4. Hab. cum priore in Peruviae nemoribus umbrosis humidis. Fol. pendula subtus argenteo-pubescentia. Cor. lutescens.

8. *Zerumbet*, spica (racemo simplici) recurva laxa. Zerumbet speciosum Wenland sert. hannov. fasc. 4. p. 3. t. 19 Flor. albido-rosei. Carina (Nect. lin.) maxima, margine undulata flava. In China.

8. ALPINIA. *Cal.* 3-dentatus aequalis tubulosus. *Cor.* 3-partitaae qualis. *Nect.* 2-labiatum: labio inferiore patente.

1. *racemosa*, racemo terminali spicato, floribus alternis, nectarii labio trifido: foliis oblongis acuminatis Swartz obs. p. 5. Plum. ic. 10. t. 20. Sloan. jam. 61. hist. 1. p. 165. t. 105. f. 1. In sylvis depressis submontanis Americae calidioris.

2. *Galanga*, racemo terminali laxo, floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis. Willd. Sp. p. 12. Rumph. amb. 5. p. 143. t. 63. In India orientali.

3. *comosa*, spica terminali comosa, bracteis flore longioribus coloratis, foliis oblongo-ovatis pubescentibus. W. Jacq. Icon. rar. vol. 3. Ad Caracas in America.

4. *occidentalis*, racemo radicali composito erecto, nectario apice emarginato, capsulis trilocularibus, foliis lanceolato-ovatis glaberrimis. Swartz prod. 11. Hab. in sylvis Jamaicae et Domingo.

9. MYROSMA. *Cor.* 5-partita irregularis. *Cal.* duplex: exterior 3-phyllus, interior 3-partit. *Caps.* 3-gona 3-locul. polysperma.

1. *cannaeformis*. L. Willd. 1. p. 13. Hab. in Surinamo. (Phrynio affinis.)

10. MARANTA. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-fida. *Nect.* 3-partitum, lacinia tertia superiori latere antherifera. *Caps.* 1 locul. 1-sperma.

1. *arundinacea*, culmo ramoso herbaceo, foliis ovato-lanceolatis subtus pilosiusculis. W. Sloan. jam. 22. h. 1. p. 253. 149. f. 2. Hab. in America calidiore.

2. *Tonchat*, culmo ramoso fruticoso, foliis ovatis glabris. W. Rumph. amb. 4. p. 2. t. 7. Hab. in sylvis Indiae, Cochinchinae.

3. *malaccensis*, culmo simplici, foliis oblongis petiolatis subtus sericeo pubescentibus. W. Rumph. amb. 5 p. 177. t. 71. f. 1. Hab. in Malacca.

4. *capitata*, caule simplici apice florifero, capitulo globoso depresso, Flor. peruv. 1. p. 3. t. 8. In Peruviae umbrosis humilis. Caps. 3-valv. 3-lombaris. Cor. lac. interne nectarium propie repraesentant. l. c.

5. *lateralis*, caule simplici ad medium florifero, capitulo globoso. Flor. peruv. 1. p. 4. Cum priore. An satis distincta?

6. *comosa*, acaulis, scapo nudo spicato comoso, comae foliolis reflexis. W. Hab. in Surinamo.

11. GLOBBA. *Cal.* superus, 3-fidus. *Cor.* aequalis, 3-fida, *Caps.* 3-locularis. *Sem.* plurima. *Stam.* 2.

1. *Marantina*, spica terminali erecta Mant. p. 170. Willd. Spec. Pl. L. 1. p. 153. In India orientali. Spica terminali, fl. remotis.

2. *nutans*, spica terminali pendula, fol. elliptico-lanceolatis Willd. l. c. Rumph. amb. 6. p. 140. t. 62-63. Cum priori.

3. *Japonica*, spica terminali cernua, fol. ensiformibus, Thunb. Flor. Jap. p. 23. In Japonia.

4. *uviformis*, spica lateralli. Mart. p. 271. Rumph. amb. 6. p. 138. t. 69. f. 2 In India.

12. CURCUMA. *Cal.* bifidus. *Cor.* 4-partita. *Nect.* 3-lobum. *Anth.* basi bicalcarata.

1. *rotunda*, foliis lanceolato-ovatis: nervis lateralibus rarissimis. Willd. S. P. p. 14. Rheed mal. 11. p. 19. t. 10. Hab. in India.

2. *longa*, foliis lanceolatis: nervis lateralibus numerosissimis. L. Mat. med. p. 35. Blackw. t. 396. Swartz. obs. p. 8. Amomum (*Curcuma*) scapo spathis laxis ex centro foliorum. Murr. S. V. p. 50. Jacq. hist. v. 3. t. 4. Rheed. mal. 2. p. 21. t. 10. In India.

13. KAEMPFERIA. *Cal.* obsoletus. *Cor.* 6-partita: laciniis tribus majoribus patulis, unica bipartita. *Stigma* bilamellatum.

1. *Galanga*, foliis ovatis sessilibus. Hort. cliff. 2. t. 3. Rumph. amb. 5. p. 173. t. 69. f. 2. Kaempf. amoen. 901. t. 902. Lam. ill. p. 7. Hab. in India.

2. *rotunda*, foliis lanceolatis petiolatis. Blackw. t. 539. Rheed. mal. 11. p. 17. t. 9. Hab. in India.

14. THALIA. *Cor.* 5-petala: duo interiora minora. *Nectar.* lanceolatum concavum. *Drupa* nuce uniloculari. *Cal.* triphyllus.

1. *geniculata*, corollis pentapetalis: nectario lanceolato. Plum. gen. 26. ic. 108. f. 1. Marcgr. Bras. 53. Hab. in America meridionali. Caulis humanam staturam superans, levissimus, simplicissimus. Rachis geniculato-flexuosus.

2. *cannaeformis*, corollis heptapetalis: nectario bifido erecto. horst. prod. n. 3. Hab. in Mallicollo inter novas Hebrides.

15. PHRYNIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3, aequalia, tubo nectarii adnata. *Nectarium* 1-phyllum, tubo filiformi, limbo 4-partito. *Caps.* 3-locul. *Nuces* 3.

1. *capitatum*. Willd. sp. 1. p. 17. Pontederia (ovata) foliis ovatis, floribus capitatis. Spec. pl. 412. Rheed. mal. 11. p. 67. t. 34. Hab. in Malabariae, Cochinchinae, Chinae locis umbrosis humidis.

16. PHYLIDRUM. *Spatha* 1-flora. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala irregularis. *Capsula* 3-locul. polysperma.

1. *lanuginosum*. Gaertn. sem. 1. p. 62. tab. 16. fig. 10. Lam. ill. gener. n. 32. t. 4. Hab. in locis humidis Cochinchinae et Chinae. Folia subulata crassa lanuginosa.

17. CUCULLARIA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 4-petala inaequalis calcarata. *Filamentum* petaliforme. *Anthera* loculis discretis!

1. *excelsa*. Willd. sp. 1. p. 178 Vochisia. Lam. ill. p. 35. Aubl. gujan 1. p. 18. ab. 6. In sylvis Gujanae. Arbor.

18. QUALEA. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* dipetala. *Bacca?*

1. *rosea*, petalo inferiore obtuso, foliis acuminatis. W. Aublet. guj. 1. p. 5. tab. 1.

2. *caerulea*, petalis emarginatis, foliis acutis. W. Aubl. guj. 1. p. 7. tab. 2. Hab. uti prior, in sylvis Gujanae.

19. LOPEZIA. *Cal.* 4-phyll. Cor. 5-petala inaequalis. *Capsula* 4-locul. 4-valvis polysperma.

1. *racemosa*, caule herbaceo ramoso, foliis alternis ovato-lanceolatis serratis, floribus racemosis. Cavan. icon. 1. n. 16. t. 18. L. *mexicana*. Jacq. ic. v. 2. Willd. p. 2. Habitus Circaeae. ☉

β *hirsuta*, tenerior hirsuta. Jacq. coll. austr. suppl. p. 5. t. 15. f. 4. Crescit cum priore, qua multo minor et fragilior, prope Mexico. An mera varietas?

20. USTERIA. *Cal.* 4-dentatus: lacinia unica reliquis multo majore. *Cor.* infundibuliformis 4-dentata. Caps. 1-locul. 2-sperma. *Semina* aristata.

1. *guinensis*. Willd. in Act. Societ. Berol. 10. p. 52. tab. 2. Monodynamis Iserti. Gmel. syst. veg. p. 10. Hab. in Guinea.

*Obs.* Non est Usteria Cavanillesii, quae ad classem Didynamiam pertinet; ac ab Jacquino in ejus Horto Schoenbrunnensi *Maurandia* denominata est.

21. POLLICHIA. *Cal.* 1-phyllus 5-dentatus. *Cor.* o. *Sem.* 1. *Recept.*

squamae baccatae, fructus includentes.

1. *campestris.* Aiton. Kewens. 1 p. 5. Hab. ad Cap. b. *sp.* Folia verticillata, lineari-lanceolata. Flores congesti in capitulum, axillas trium vel quatuor foliorum occupans. Ait.

22. SALICORNIA. *Calyx* ventricosus, integer. Petala o. Sem. 1.

1. *herbacea*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus oppositis pedunculatis, squamis obtusis. W. Sp. P. 1. p. 23. Oed. Flor. dan. t. 303. Blackw. t. 598. Hab. in Europae littoribus maritimis, in Virginia. Diandra. ☉

2. *indica*, articulis clavatis, truncatis bidentatis, spicis cylindricis terminalibus solitariis obtusis Willd. in Nov. act. soc. Berol. 2. t. 4. f. 2. Ad littora maris prope *Tranquebar.* Antecedenti affinis, a qua squamis truncatis, colore glauco virescente differt.

3. *perennans*, herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus ternis pedunculatis, squamis acutis, radice perenni. W. Salicor. herbacea Pall. it. 1. app. n. 89. t. D. fig. 1. Hab. in Sibiria ad Jaikum in paludibus siccioribus. ♆.

4. *fruticosa*, caule erecto fruticoso, articulis ramulorum ancipitibus, squamis florslibus truncatis membranaceis. Willd. Gmel. sib. 3 p. 8. t. 1. f. 1? In Europae maritimis. ♆

5. *strobilacea*, caule prostrato fruticoso, articulis truncatis alternatim spiciferis, spicis nudis brevissimis oppositis. W. Pall. it. 1. app. n. 91. t. E. Buxb. cent. 1. p. 6. t. 10. f. 2. Hab. in praeruptis salsis Maris caspici. ♆

6. *virginica*, herbacea erecta, ramis simplicissimis. Lin. Hab. in Virginia.

7. *arabica*, foliis alternis vaginantibus obtusis dehiscentibus. Lin. Pall. it. 1. app. n. 92. t D. f. 3. Moris. hist. 2. p. 610. f. 5 t. 33. f. 7. Hab. in Arabia. ♆

8. *foliata*, foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus. Lin. suppl. 81. Pall. it. 1. app. n. 93. t. F. In Sibiria. Frutex lignosus. ♆

9. *amplexicaulis*, foliis cordatis amplexicaulibus. Vahl. Symbol. 2 p. 1. Hab. ad littora lacus prope Bardo Tuneti. ♆

10. *caspica*, articulis cylindricis, spicis filiformibus. Lepech. it. 1. p. 254. Pall. it. 1. app. n. 90. t. D. fig. 2. Hab. in aqualidis maris Caspici et Mediae. ♆

23. HIPPURIS. *Calyx* (o. L.) obsoletus. *Petala* nulla. *Stigma* simplex. *Sem.* 1. inferum.

1. *vulgaris*, foliis octonis subulatis. Vaill. act. par. 1719. t. 1. f. 3. Hab. in Europae fontibus, fossis aquosis, lacubus. ♆

2. *maritima*, foliis stellatis subsenis: submersis spathulatis; emersis ovatis obtusis. Hellen. Diss. in Usteri Delect. opusc. 1. p. 11. tab. 1. Retz. obs. fasc. 3. p. 7. tab. 1. Hab. ad littora maris in Suecia, Finlandia circa Aboam. Fol. superiora 5-6. Hipp. *tetraphylla.* L. Suppl. ♆

24. LACISTEMA. Ament. *Anth.* remote 2-locularis. *Stigm.* 3 setacea. *Caps.* 1-locular. *Sem.* evalvis filipendula.

1. *myricoides.* Swartz prod. p. 12. Ejusd. Icon. fasc. 1. t. 1. Naematospermum laevigatum. Richard in Act. Soc. hist. natur. p. 105. Piper aggregatum Berg. Act. helv. 7, p. 131. tab. 10. Hab. in fruticetis montium Jamaicae, inque Surinamo.

## DIGYNIA.

25. CORISPERMUM. *Cal.* o. *Petala* 2. *Sem.* 1, ovale, nudum.

1. *hyssopifolium*, spicis terminalibus, foliis linearibus enerviis muticis. Pall. ross. 2. p. 112. tab. 98. Buxb. cent. 3. p. 30. t. 55. Hab. in Europae locis arenosis. ☉

2. *squarrosum*, spicis axillaribus squarrosis, foliis lanceolato-acuminatis pungentibus nervosis. Pall. ross. 2. p. 113. t. 99. Buxb. cent. 3. p. 30. t. 56. Hab. ad Wolgam Tartariae, inque desertis Cosacorum. ☉

3. *orientale*, fol. linearibus angustis, summitatibus floriferis subpaniculatis pubescentibus. Lam. ill. n. 44. Hab. in Oriente.

26. CALLITRICHE. *Cal.* inferus, diphyllus. *Caps.* membranacea inarginata. (*Flor.* nonnulli monoici.)

1. *verna*, foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. Oed. dan. t. 129. Hab. in Europae fossis aquosis. Vere florens.

2. *aestivalis*, fol. petiolatis subrotundis fructu tetragono. Thuill. Fl. par. p. 2. Vaill. botan. p. 190. t. 32. f 10. In aquis frigidis. Floret Julio, Augusto.

3. *intermedia*, foliis superioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. Schkuhr bot. Handb. t. 1. f. e. Hoffm. germ. 2. Cum priore.

4. *autumnalis*, foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. Loesel. pruss. 140. t. 38. In fossis aquosis autumno.

5. *tenuifolia*, fol. omnibus linearibus apice integris acutis, fructu 4-gono. Autumno prope Fontainebleau observata a Thuill., secundum quem fructus C. *vernalis* et *autumnalis* compressi sunt.

27. BLITUM. *Cal.* 3-fidus. *Pet.* o. *Sem.* 1, calyce baccato.

1. *capitatum*, capitellis spicatis terminalibus. Knorr. del. hort. 1. t. E. 3. B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis nudis. Hort cliff. 1. Hab. in Europa. (Tyrolia, Helvetia.) ☉

2. *virgatum*, capitellis sparsis lateralibus. B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis foliosis. Hort. cliff. 495. Moris. hist. 3. p. 606. s. 5. t. 32. f. 2. Hab. in Tartaria, Hispania, Gallia Narbonensi. ☉

28. MNIARUM. *Involucr.* 4-phyllum. *Cal.* 4-partitus, superus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

1. *bifforum*, Lin. Suppl. p. 81. Forst. Com. Götting. 9. p. 19. t. 1. Ditoca Gaertn. Hab. in Nov. Zeeland. et in Terra del Fuego. Minuartiae simile.

29. CINNA. *Cal.* Gluma 2-valvis, uniflora. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Sem.* 1.

1. *arundinacea*, glabra, panicula magna, multiflora capillari, valvula altera florali infra apicem subaristata. *Michaux* Flor. Carol. p. 38. Hab. in sinu Hudsonis ad Canadam. Ab Agrost. *Mexicana* omnino distincta!

30. JARAVA. *Cal.* Gluma 2-valvis, 1-flora. *Cor.* Gluma 1-valvis, papposa aristata.

1. *usitata. Ichu*, foliis convolutis subulatis, spica paniculata. Fl. peruv. 1. p. 5. t. 6. f. b. Hab. in alpibus regni peruviani. Varius et frequens hujus graminis usus est, qui l. c. perlegi potest. An *Alopecuri* species?

---

Ob minorem staminum numerum hanc ad classem adhuc pertinerent nonnullae ex aliis generibus species.

## MONOGYNIA.

Mangifera *indica*. Tradescantia *monandra*. Valeriana *rubra*, *angustifolia*, *Calcitrapa*. Aphanes *arvensis*. Polycnemum *monandrum*, Boerhaavia *diffusa*. — Scirpi et Cyperi nonnullae species.

## DIGYNIA.

Leersia *monandra*. Rothoella 1-*andra Cav.* Uniola *latifolia* et *gracilis Michaux*.

# CLASSIS II.

# DIANDRIA.

## MONOGYNIA.

31. SCHREBERA. *Cal.* 2-labiatus. *Cor.* 5-π-fida. *Caps.* pyriformis, 2-locularis; 2-valvis. *Sem.* 8-10, alata.

1. *Swietenicides.* Roxb. Plants of the coast of Coromand. t. 101. Arbor excelsa. Screbera *Schinoides* L. *Cuscutae* species est in *Myrica aethiopica* parasitica.

32. NYCTANTHES. *Cor.* hypocrateriformis: *Laciniae* emarginatae. *Caps.* bilocularis, marginata, bipartibilis.

1. *Arbor tristis*, caule tetragono, fol. ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compressis. Lam. illustr. p. 20. t. 6. Scabrita scabra. Syst. nat. ed. 12. p. 115. Rheed. mal. 1. p. 35. t. 21. Hab. in India. ♄

33. JASMINVM. *Cor.* hypocrateriformis, 5-8-fida. *Bacca* dicocca. *Semina* solitaria arillata.

* *Foliis simplicibus.* (Mogorium *Juss.* ob octonarium laciniarum numerum.)

1. *Sambac*, foliis oppositis simplicibus ellipticis ovatis subcordatisque membranaceis opacis, ramulis petiolisque pubescentibus, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kew. 1. p 8. Willd. Sp. pl. 1. p. 35. Lam. ill. t. 6. f. 1. Rumph. amb. 5. p. 52. t. 30. Hab. in India. Odor gratus. ♄

2. *undulatum*, foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus. Nyctanthes undulata. Sp. plant. p. 8. Rheed. 6. p. 97. 55. Hab. in Malabaria. ♄

3. *hirsutum*, petiolis pedunculisque villosis. Willd. l. c. 1. p. 36. N. hirsuta. Sp. plant. 2. p. 8. Hab. in India. ♄

4. *trifiorum*, fol. (parvis) ovatis: inferioribus obtusis; superioribus acutis, cymis trifloris. Lam. illustr. p. 22. t. 6. f. 2. sub Mogorio. Nyct. angustifolia. L. Rheed. 6. t. 53. In Malabaria. ♄

5. *acuminatum*, fol. ovatis acuminatis trinariis, petiolis cirrhosis, dentibus calycinis setaceis. Lam. l. c. sub Mogorio. In insula Java. ♄

6. *trifoliatum*, fol. ternatis: foliolis ovatis, minoribus, calyce brevissimo. Lam. l. c. p. 27. cresc. In insula Mauritiana. ♄

7. *pubescens*, foliis oppositis ovatis cordatis utrinque pubescentibus. Willd. l. c. p. 37. Retz. Obs. bot. 5. p. 9. Hab. in Calcutta. ♄

8. *scandens*, foliis oppositis simplicibus ovato-oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis setaceis reflexis. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Bengalia. ♄

9. *elongatum*, foliis cordatis lanceolatis acutis elongatis minoribusque, ramis teretibus. Willd. Nyct. elongata. Lin. suppl. 28. Berg. Act. angl. 1772. p. 290. t. 11. Hab. in India orientali. ♄

10. *glaucum*, foliis oppositis simplicibus lanceolatis utrinque glaucis, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kew. 1. p. 9. Jasm. ligustrifolium, foliis oppositis simplicibus lanceolatis crassiusculis. Lam. enc. encyclop. 3. p. 209. Nyctantles glauca. Lin. suppl. 82. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

11. *trinerve*, foliis oppositis simplicibus ovatis attenuatis trinerviis, pedunculis axillaribus subunifloris. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Java. ♄

12. *lanceolatum*, fol. oppositis lanceolatis, pedunculis axillaribus terminalibusque unifloris. Fl. peruv. 1. p. 6. Hab. in Peru, locis umbrosis. Cor. alba subpurpurascens.

13. *australe*, fol. oppositis ovato-lanceolatis simplicibus. Forst. prod. n. 7. (simplicifolium.) Hab. in insulis Amicorum. ♄

** *Foliis ternatis.*

14. *angulare*, foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis obtusis, ramulis angulatis petiolisque villosis, pedunculis axillaribus trifloris. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

15. *auriculatum*, foliis oppositis ternatis, ramulorum floriferorum simplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubescentibus. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. in hortis idolatrorum Malabariae. ♄

16. *Aexile*, glabrum, foliis oppositis ternatis, racemis axillaribus brachiatis, caule scandente, ramis teretibus. Vahl. symbol. 3. p. 1. Hab. in India orientali. ♄

17. *didymum*, glabrum, foliis oppositis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. Vahl. symbol. 3. p. 2. Hab. in Societatis insulis. ♄

18. *asoricum*, foliis oppositis ternatis: foliolis ovatis subcordatisque undulatis, ramis glabris teretibus, corollae laciniis tubo aequalibus. Aiton Kew. 1 p. 9. Pluk. almag. 185. t. 303. f. 1. Hab. in insulis azoricis. Flor. albi, odorati. Fol. magna. ♄

19. *fruticans*, foliis alternis ternatis simplicibusque: foliolis obovatis cuneiformibusque obtusis, ramis angulatis, laciniis calycinis subulatis. Aiton. Kewens. 1. p. 9. Jasm. luteum, vulgo dictum bacciferum. Bauh. pin. 398. Lam. illustr. n. 63. t. 7. f. 2. In Europa australi et toto Oriente. ♄

20. *humile*, foliis alternis acutis ternatis pinnatisque, ramis angulatis, laciniis calycinis brevissimis. Aiton. Kew. 1. p. 9. Knorr. del. hort. 1. tab. 1. Besl. cyst. aestiv. t. 40. f. 2. Fl. lutei. ♄

21. *odoratissimum*, foliis alternis obtusiusculis ternatis pinnatisque, ramis teretibus, laciniis calycinis brevissimis. Ait. Kew. 1. p. 10. Hab. in Madera. Flor. flavi. ♄

*** *Foliis pinnatis.*

22. *officinale*, foliis oppositis pinnatis: foliolis acuminatis, gemmulis erectiusculis. Aiton. Kew. 1. p. 10. J. foliis oppositis: foliolis distinctis. Syst. Veg. p. 54. Blackw. t. 13. Hab. in India, inque Helvetia. Flor. albi, odor ati. ♄

23. *grandiflorum*, foliis oppositis pinnatis: foliolis obtusiusculis, gemmis horizontalibus. Ait. Kew. 1. p. 10. J. fol. oppositis pinnatis: foliolis extimis confluentibus. Sp. pl. 2. p. 9. Mill. dict. n. 4 Merian. surin. t. 46. Rheed. mal. 6. p. 91. t. 52. Hab. in India. Cor. albae, subtus rubra. ♄

34. GALIPEA. *Cal.* 4-5-gonus, 4-5-dentatus. *Cor.* hypocraterif. profunde 4-5-partita. *Stam.* 4: duo sterilia.

1. *trifoliata*. Aubl. gujan. n. 2. p. 662. t. 269. Hab. ad fluviorum ripas Gujanae. ♄

35. LIGUSTRUM. *Cor.* 4-fida. *Bacca* 4-sperma.

1. *vulgare*, foliis lanceolatis acutiusculis, panicula coarctata. Willd. arb. berol. p. 162. Hab. in collibus glareosis, ad sepes. ♄

2. *japonicum*, fol. ovatis acuminatis, panicula divaricata. Willd. S. P. 1. p. 42. L. fol. ovatis acuminatis, panicula decomposite trichotoma. Thunb. jap. p. 17. t. 1. Hab. in Japonia. ♄

36. PHILLYREA. *Cor.* 4-fida: tubo brevissimo. *Bacca* 2-locularis: loculis 1-sperma: uno saepe abortivo.

1. *media*, foliis oblongo-lanceolatis integris serratisque. Ait. Kew. 1. p. 11. Willd. Sp. pl. 1. p. 42. Gaertn. de Fr. et Sem. 2. p. 71. t. 92. f. 5. Camer. epit. 90. Ic. Hab. in Europae australioris collibus. ♄

2. *angustifolia*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis. Hort. cliff. 4. Lam. illustr. t. 8. f. 3. Cam. l. c. Hab. in Italia, Hispania et in Atlante. ♄

3. *latifolia*, foliis ovato-cordatis serratis. Hort. cliff. 4. Lam. illustr. t. 8. f. 2. Clus. hist. 51. ic. Hab. in Europa australi. Sempervirens. ♄

37. OLEA. *Cor.* 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa.* 2-sperma: uno abortante.

1. *europaea*, foliis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus coarctatis. Ait. Ait. Kew. 1. p. 12. Lam. l. c. t. 8. f. 1. Gaertn. 2. p. 75. t. 93. f. 4. Willd. l. 1. p. 44-46. Hab. in Europa australi, inque Africa boreali. ♄

β *verrucosa*, fol. lanceolatis planis subtus albidis, ramis verrucosis. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 44. O. europaea. Thunb. prodr. 2. Ad Cap. bon. spei. ♄

2. *capensis*, foliis ovatis integerrimis, racemis paniculaeformibus divaricatis. Aiton. Kew. 1. p. 13. Burm. afr. 233. t. 81. f. 1. Hab. ad Cap. b. Spei. ♄

3. *americana*, foliis lanceolato-ellipticis integerrimis, racemis angustatis, bracteis omnibus persistentibus connatis parvis. Ait. Kew. 1. p. 14. Ligustrum lauri folio, fructu violaceo, baccis purpureis. Catesb. 1. p. 61. t. 61. Seefigm. Voegel. 3. t. 33. Hab. in Carolina. ♄

4. *cernua*, foliis oblongis lanceolatis obtusissimis, racemis axillaribus simplicibus, floribus cernuis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Madagascar. ♄

5. *apetala*, foliis ellipticis, floribus racemosis apetalis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

6. *excelsa*, foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis e infimis cyathiformibus, superioribus foliaceis magnis deciduis. Vahl. symbol. 3. p. 3. Hab. in Madera ♄

7. *fragrans*, foliis lanceolatis serratis, pedunculis lateralibus aggregatis unifloris. Thunb. jap. 18. t. 2. Hab. in Cochinchina, China, Japonia. Flores ob odorem gratum ad potum Theae adhibentur ab incolis. ♄

8. *emarginata*, fol. obovatis retusis emarginatis, panicula pauciflora terminali. Lam. illustr. p. 25. t. 8. f. 2. Hab. in insula Madagascariae. Arbor 40-pedalis.

9. *chrysophylla*, fol. angusto-lanceolatis utrinque acutis subtus aureo-nitidis, paniculis lateralibus. Lam. ill. p. 27 In insula Mariüana. ♄

10. *lancea*, fol. lineari-lanceolatis utrinque acutis, panicula terminali, drupis oblongis acutis. Lam. l. c. In insula Franciae. ♄

38. ORNUS. *Cal.* 4-partitus. *Corol.* 4-partita: petalis longis ligulatis. *Filam.* longa. *Nux* alata.

1. *europaea*. Fraxinus Ornus L. Mill. illustr. ic. arbor. Hab. in Italia et Hispania (Cavan.) Floribus, sequenti generi fere similibus, plane differt a *Fraxino*.

39. CHIONANTHUS. *Cor.* 4-fida: laciniis longissimis. *Drupae* Nucleus striato-fibrillosus.

1. *virginica*, panicula terminali trifida, pedunculis trifloris, foliis acutis. Willd. Sp. pl. 1. p. 46. Lam. illustr. p. 30. t. 9. Hab. in America septentrionali. Variat corolla 4. 5. 6-fida et staminibus quatuor. ♄

2. *cotinifolia*, panicula terminali trichotoma, pedunculis trifloris, foliis obtusis. Willd. l. c. p. 47. Arbuscula zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis cuculli modo laciniatis. Pluk. alm. 44. t. 241. f. 4. Hab. in Zeylona. ♄

3. *compacta*, paniculis trichotomis, ultimis floribus subcapitatis, calycibus villosis, foliis lanceolato-oblongis, antheris acuminatis. Swartz prod. 13. Vahl. symbol. 2. p. 1. Jacq. Collect. 2. p. 110. t. 6. f. 1. *Ceranthus* Schreb. gen. Hab. in insulis Caribaeis. ♄

4. *zeylanica*, ramis paniculae axillaris oppositis, floribus subsessilibus. Thouinia nutans. Lin. suppl. 89. Hab. in Zeylona. ♄

5. *guianensis*, flor. corymbosis axillaribus, fol. alternis oppositisque ovato-oblongis. Mayepea gujanensis. Aubl. guaj. p. 8, t. t. 31. Flor. 4-andr. Schwarz. l. c. a. Hab. in Gujana. Cort. albicans. a. ♄

6. *incrassata*, paniculis decussatis fastigiatisque, cor. laciniis incrassatis, fol. oblongis. Swartz prodr. p. 13. In Jamaica. Flor. 2-andri S. in Schrad. Journ. 2. p. 21.

7. *ligustrina*, fol. lanceolatis, paniculis terminalibus, floribus erectis subcorymbosis. Richard. Thouinia Swartz prodr. p. 15. Linociera Schreb. gen. pl. L. n. 1709. Willd. Sp. pl. L. 1. p. 154. Hab. in Jamaica. ♄

40. SYRINGA. *Cor.* 4-fida. *Capsula* bilocularis.

1. *vulgaris*, fol. cordatis. L. Willd. p. 48. Lilac vulgaris. Lam. ill. p. 26. t. 1. Du Hamel. arb. 2. t. 138. Ad sepes et in sylvaticis. ♄

2. *dubia*, fol. ovato-attenuatis. S. chinensis Willd. Sp. pl. L. 1. p. 48. Etiam in Gallia, ex. gr. prope Rouen et circa Parisios sponte quasi crescit. An e China ad Europam prius apportata? ♄

3. *persica*, foliis lanceolatis integris pinnatifidisque. Lin. Hort. clif. 6. Mill. dict. t. 164. f. 2. Hab. in Persia. Nunc frequens in hortis colitur. ♄

4. *suspensa*, foliis ovatis serratis ternatisque. Thunb. jap. 19 t. 3. Hab. in Japonia. Calyx profundius divisus et corolla campanulata. Thunb. ♄

41. DIALIUM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* nullus. *Stamina* ad latus superius receptaculi.

1. *indum*, panicula simplici nutante. Hab. in India. ♄

2. *guinense*, panicula supradecompositа erecta. Willd. apud Roemer Archiv. 1. p. 31. t. 6. Hab. in Guinea. ♄

43. PIMELEA. *Cal.* nullus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* fauci inserta. *Nux* corticata unilocularis.

1. *linifolia*, foliis lineari-lanceolatis latis, capitulis terminalibus involucratis, corolla extus villosa. Smith. Nov. Holl. 1. p. 31. tab. 11. Hab. in Nova Hollandia. ♄

2. *Gnidia*, foliis oblongo-lanceolatis acutis glaberrimis, corolla extus villosa Willd. 1. c. p. 58. Passerina Gnidia. Lin. suppl. 226. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

3. *pilosa*, pilosa, foliis linearibus obtusis. W. Passerina pilosa. Lin. suppl. 226. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

4. *prostrata*, pilosa, fol. ovatis sessilibus carnosis. Willd. p. 51. Lam. ill. p. 31. t. 9. f. 1. Passerina prostrata. Lin. suppl. 227. Hab. in Novae Zeelandia montibus aridis. ♄

43. ERANTHEMUM. *Cor.* 5-fida: tubo filiformi. *Antherae* extra tubum. *Stigma* simplex.

1. *capense*, foliis lanceolato-ovatis petiolatis. Willd. Sp. pl. 1. 1. p. 51–52. Herm. parad. 153. Hab. in Aethiopia. Habitus Chironiae.

2. *angustifolium*, foliis linearibus remotis patulis. Syst. Veg. p. 55. Lam. ill. 1. p. 60. t. 17. f. 1. Selago dubia. Spec. plant. 2. p. 877. Burm. afr. 130. t. 47. f. 3. Plukn. mant. 180. t. 445. f. 6. Hab. in Aethiopia. ♄

3. *parvifolium*, foliis ovato-linearibus imbricatis. Mant. p. 171. Berg. cap. 2. Lam. l. c. f. 2. Comm. amst. 2. 119. t. 60. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *salsoloides*, fruticosum, foliis carnosis teretiusculis linearibus glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque pubescentibus, tubo recurvo. Lin. suppl. 82. Hab. in Teneriffa prope St. Crux. ♄

44. FONTANESIA. *Cor.* dipetala. *Cal.* 4-partitus, inferus. *Caps.* membranacea non debiscens, 2-locularis: loculis monospermis.

1. *phillyreoides*. Billard. Icon. pl. Syr. Dec. 1. p. 9. t. 1. Duhamel arb. ed. nova. t. 5. Hab. in Syria inter Laodiceam ad mare et montem Caspium. ♄

45. CIRCAEA. *Cor.* dipetala. *Cal.* 2-phyllus, superus. *Caps.* hispida bilocularis non dehiscens; loculis monospermis.

1. *lutetiana*, caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. Oed. dan. 256. Lam. ill. 16. f. 1. Fol. pubescentia, etiam glabra. Kniph. orig. cent. 10. t. 22. Hab. in Europae et Americae borealis nemoribus. ♃

* *intermedia*, major, fol. cordatis, repando-denticulatis acuminatis caulesque simplici glabro, capsulis ovato-globosis. Schumacher Flor. Saelland. 1. p. 5. Circaea lutetiana Curt. Flor. Londini. In umbrosis humidis et in palustribus.

2. *alpina*, caule ramosissimo depresso, foliis cordatis dentatis nitidis glabris. Roth. germ. 1. p. 13. Hab. ad montium radices in Europa. ♃

46. VERONICA. *Cor.* limbo 4-partito: lacinia infima angustiore *Caps.* bilocularis.

* *Spicatae.*

1. *sibirica*, spicis terminalibus, foliis septenis verticillatis, caule subhirto. Gmel. sib. 3. p. 217. Amm. Fl. ruthen. t. 4. Willd. Sp. 1. p. 54. Hab. in Dauria. Stamina et pistillum corolla duplo longiora. ♃

2. *virginica*, spicis terminalibus, foliis quaternis quinisque. Pluk. alm. 383. t. 70. f. 2. Hab. in Virginia et Japonia. Flor. albi.

3. *spuria*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis aequaliter serratis. Roth. germ. 1. p. 2. II. p. 5. Gmel. it. 1. p. 169. t. 39. Barr. ic. 801. Hab. in Europa australiore, Sibiria, Thuringia. ♃

4. *maritima*, spicis terminalibus, foliis subcordato-lanceolatis, inaequaliter serratis. Roth. germ. 1. p. 5. Oed. dan. 374. Knorr. del. hort. 2. tab. V. 2. Hab. in maritimis Europae macris apricis. Fol. ovata. Var. ut antecedens et sequens species, fol. oppositis ternis quaternisve, flore coeruleo, coeruleascente, incarnato, alboque. Willd. ♃

5. *longifolia*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis acuminatis serratis in petiolum desinentibus. Roth. germ. 1. p. 5. Sabbat. hort. rom. 2. t. 48. Hab. in Tartaria, Austria, Suecia. ♃

6. *incana*, spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis caulesque erecto tomentoso. V. spicata lanuginosa et incana, floribus coeruleis. Amm. ruth. 30. Hab. in Ucrania, Samara. Cinerascens. ♃

7. *spicata*, spica terminali, foliis oppositis crenatis obtusis apice integerrimis caule adscendente simplicissimo. Oed. dan. t. 52. Hab. in sylvaticis. Variat spicis pluribus. ♃

8. *hybrida*, spicis terminalibus, foliis

ellipticis obtusis inaequaliter crenato-serratis, caule erectiusculo. Smith. Flor. brit. 1. p. 16. Willd. apud Schrad. Journ. de Bot. 1799. p. 288. t. 3. Antecedente major, spicis plurimis. In montosis Europae.

9. *pinnata*, spica terminali, foliis lineariibus pinnatifidis subfasciculatis: laciniis filiformibus divaricatis. Aiton Kew. 1. p. 19. Laxmann in Act. Petrop. 1770. p. 553. t. 29. f. 1. Hab. in Sibiria.

10. *laciniata*, racemo subspicato terminali, foliis pinnatifidis laciniatis. Ait. Kew. 1. p. 19. Jungbans. icon. rar. cent. 1. fig. 2. Hab. in Sibiria.

11. *incisa*, spicis terminalibus, foliis lanceolatis inciso-pinnatifidis glabris. Ait. Kew. 1. p. 19. Hab. in Sibiria. Differt a praecedenti spicis nunquam solitariis semper aggregatis.

12. *Catarractae*, racemis terminalibus flexuosis, caule suffruticoso, foliis lanceolatis serratis. Forst. prodr. n. 7. Hab. in Nova Zeelandia.

13. *elliptica*, racemis lateralibus, caule fruticoso, foliis ellipticis integerrimis. Forst. prod. n. 10. Hab. in Nova Zeelandia.

14. *macrocarpa*, racemis subterminalibus erectis, foliis lanceolatis integerrimis glabris planis, caule fruticoso. Vahl symb. 3. p. 4. Hab. in Nova Zeelandia.

13. *filiformis*, scapo foliisque compressis subfiliformibus, flore solitario terminali. Thunb. diss. n°. 10. tab. 1. f. 2. Lin. suppl. 100. In Cap. b. spei. Flores cum spathis referunt fl. Dianthi. Cor. lutea. Th.

104. SISYRINCHIUM. *Cor.* hexapetala. *Stam.* utplurimum connata. *Germen* subrotundo-triquetrum, pedicellatum, extra spatham. (Petala in nonnullis arista.)

1. *capitatum*, scapo ancipite, fol. ensiformibus plicatis, flor. capitatis, filam. liberis. Moraea palmifolia. Thunb. n°. 16. M. *plicata*. Swartz. Flor. Ind. occid. 1. p. 82. Willd. sp. pl. 1. p. 243. Plum. amer. p. 35. t. 45. f. 2. Ixia americana. Aubl. Guian. p. 33. Hab. in Jamaicae pascuis montosis. Pet. alba, basi germini contigua. Sw.

2. *racemosum*, scapo teretiusculo nudo, flor. racemosis secundis, fol. ensiformib. plicatis. Jacq. coll. 3. p. 192. Ic. pl. rar. 2. t. 227. (Moraea *palmifolia*.) Sisyrinch. palmifolium. Willd. sp. 3. p. 579. Cav.

diss. 6. p. 348. t. 191. f. 1. Linn. Mant. 122. Ency. syn. Hab. in Brasilia. Flor. parvi albi.

3. *spathaceum*, scapo foliisque teretibus filiformibus, spicis lateralibus aggregatis. Thunb. diss. n°. 11. Ej. diss. acad. 2. p. 286. In coll. C. b. spei frequens. Pet. lutea, vix basi connata, filam. libera. Hujus loci *Bobartia indica*. L. cfr. Willd. sp. pl. 1. p. 342.

4. *striatum*, scapo ancipiti ramoso alato, fol. ensiformibus sulcatis scapo brevioribus, flor. terminalibus subumbellatis. *S. striatum* Smith, spicatum Cavan ? et reticulatum Quor. Hab. in Mexico. Flor. subventricosi, flavescentes, subtus fusco-lineati. Caul. 2-pedalis. Bract. 1-phylla.

5. *mucronatum*, fol. scapisque simplicibus subsetaceis, spatha colorata: valva altera in mucronem longum desinente. Mich. Flor. 2. p. 33. Hab. in Pensylvania. Fol. ima parte glumisque amethysteis.

6. *Bermudianum*, fol. ensiformibus, caule ancipiti ramoso, spathis muticis, flore brevioribus. Lam. enc. 1. p. 403. Cav. diss. 6. p. 346. t. 192. f. 1. Dill. Elth. t. 41. f. 48. Hab. in Bermudis.

7. *anceps*, scapo simplici alato, spathis inaequalibus, flores superantib. Lam. enc. 1. p. 403. Cav. diss. 6. p. 345. t. 190. f. 2. Willd. sp. 3. p. 579. 8. *gramineum*. Curtis bot. mag. t. 464. In Virginia et Canada. Petala caerulea, apice in medio, uti prioris, eristata.

8. *micranthemum*, radice fibrosa, caule ancipiti, fol. canaliculatis, petalis linearibus. Cav. diss. 6. p. 345. t. 191. f. 2. In regno peruviano.

9? *ixioides*, fol. ensiformib. distichis, panicula trichotoma, petalis exterioribus brevioribus. Forst. prodr. Moraea. Thunb. n°. 7. Ferraria. Willd. 3. p. 582. In Nova Zeelandia. Pedunc. capillares, spathis longiores.

105. TIGRIDIA, Spatha bivalvis. *Cor.* campanulata, 6-petala: petala 3 interiora minora hastata (margine nectarifera). *Filam.* connata. *Stigm.* 3, bifida, *Capr.* oblonga, angulata.

1. *Pavonia*. Moraea Th. Ferraria L. Andrew. t. 178. Tigridia Juss. gen. Redouté Liliac. Hab. in Mexico. Cor. rubra fundo et petala, praesertim minora, guttato-variegata. Intra 6 horarum spatium corolla speciosa evanescit. Fl. aestate.

106. FERRARIA. *Spatha* 1-phylla. *Cor.* 6-petala: petali inaequalibus undulato-crispis. *Filam.* connata. *Stigm.* laciniae penicillatae.

1. *minor*, caule simplici, flor. inodoris. Moraea Ferrariola Jacq. coll. 4. p. 141. Ferraria Ferrariola. Willd. sp. 3. p. 581. Hab. ad Cap. b. spei. Pet. ungues virescunt, intus striis atropurpureis. Pet. angustiora immaculata; latiora flavorirent, striis punctisque violaceis. Jacq.

2. *punctata* (*undulata* L.), caule ramoso, fol. punctatis. Moraea undulata. Thunb. n°. 21. Disst acad. p. 298. Ferrarii de Cult. flor. p. 168. t. 171. Iris stellata Barr. ic. Prope Leuwestuart C. b. spei. Col. subtus flavo-nigrescit, fasciis purpureis supra purpureo-fuscus, margine subolivaceus. Odor *Stapeliae* cadaverosus musicas alliciens. Th.

107. IRIS. *Cor.* 6-petala: laciniis alternis reflexis. *Stylus* 0. *Stigm.* petaliformia. Stamina incumbentia.

* *Barbatae*, *foliis ensiformibus.*

1. *ciliata*, barbata, fol. ensiformibus ciliatis. Thunb. diss. de Iride, n°. 1; et ejusd. diss. acad. 2. p. 101. Willd. sp. pl. p. 224. In collibus Cap. b. spei.

2. *minuta*, barbata, foliis ensiformib. glabris, scapo unifloro, petalis oblongis acutis. Thunb. diss. n°. 2. Lin. suppl. 98. Hab. in monte Leuwestart ad Cap. b. spei. Flor. lutei, scap. vaginatus.

3. *pumila*, barbata, scapo unifloro, fol. ensiformibus glabris breviore, tubo exserto, petalis oblongis obtusis. Willd l. c. Jacq. aust. t. 1. Lam. encycl. 3. p. 285. Hoffm. germ. ed. 2. p. 13. Hab. in Germaniae, Austriae, Galliae, Pannoniae collibus, muris. Flor. versicolores, plerumque purpureo-caerulei. Scap. fol. vaginantib. cinctus.

4. *lutescens*, barbata, scapo subunifloro, fol. ensiformibus glabris longiore, tubo spathis incluso, petalis oblongis obtusis. Willd. sp. p. 225. Lam. encycl. Hab. in Germaniae, Galliae montosis. Pumila. Cor. albido flavescens, laciniis exterioribus basi violaceo-reticulatis undulat. emarginatis. W.

5. *cristata*, barbata, barba cristata, scapo subunifloro longitudine foliorum, germinib. trigonis, petalis subaequalib. Willd. sp. p. 225. Aitou. Kewens. 1. p. 70. Hab. in America boreali, in monte. umbrosis Carolinae. Radix repens. Caulis vix digitalis

rosa-florus. Cor. laciniae fascia subtriseriam undulato-crenata. Michoux. p. 22.

6. *suziana*, barbata, fol. ensiformibus glabris, scapo unifloro, petalis rotundatis. Thunb. diss. n°. 4. Decand. et Redouté Liliac. t. 18. I. *susiana* flore maximo ex albo nigricante. Bauh. pin. 31. Hab. in Oriente.

7. *florentina*, barbata, fol. ensiformib. glabris, scapo subbifloro brevioribus, floribus sessilibus. Lam. ill. p. 121. Morison sect. 4. t. 5. f. 5. Hort. eyst. vern. 8. p 4. f. 3. Cor. alba, lacin. latae, infer. venis pallide luteis pictae. Stigm. crenulata. Rad. odorata. Desf. Hab. in Europa austral. et in Barbaria.

* *alba*, barbata, caule multifloro fol. altiore, spathis basi foliaceis, apice margineque scariosis, cor. tubo germine longiore. Savi. Flor. Pisanae. 1. p. 32. Lob. ic. 59. Hab. prope Pisam.

8. *flavissima*, barbata, fol. ensiformib. glabris, brevioribus scapo bifloro, germine obtuse trigono. W. Jacq. icon. rar. 3. t. 220. Collect. 4. p. 98. Gmel. sib. 1. p. 31. t. 5. f. 2. Hab. in Sibiriae locis subhumidis. Scap. basi tantum vaginatus.

9. *arenaria*, barbata, scapo bifloro toto vaginato fol. ensiformibus breviore, flor. superiore abortiente. Willdst. et Kitaib. Pl. rar. Hong. p. 57. t. 57. Pumila flava, scapus vix pollice longior. Pet. basi venis subviolacea.

10. *biflora*, barbata, fol. ensiformibus brevioribus scapo subtriloro, germine tereti. Thunb. diss. n°. 6. Becl. eyst. vern. 114. Hab. in Lusitaniae rupibus et ad lacum Baikal Sibiriae. Cor. violacea non emarginata. Floret quotannis bis.

11. *aphylla*, barbata, fol. ensiformib. glabris sequantibus scapo multifloro subnudo. Thunb. diss. n°. 7. I. *radicantia*, corollis barbatis, scapis subternis nudis subunifloris vix longitudine foliorum, spathis ventricosis viridibus. Lam. encyc. 3. p. 284. Habitat?

12. *variegata*, barbata, fol. ensiformib glabris, sequantibus, scapo multifloro. Thunb. diss. n°. 8. Curt mag. t. 16. Habitat in Hungaria. Cor. alba, apice purpurea, venis atro-purpureis, lacin. erectae flavae acutae; stigmata flava. Willd.

13. *squalens*, barbata, fol. ensiformib. glabris erectis brevioribus scapo multifloro, lacin. cor. deflexis replicatis, ereuis emarginatis. Thunb. diss. n°. 11. I. *variegata*. Jacq. aust. 1. p. 7. t. 5. In Europa australi. Cor. lacin. erectae emarginatae lutease, stigmata sordide lutea. W.

14. *plicata*, barbata, caule multifloro foliis altiore, petalis undulato-plicatis erectis latioribus. Lam. ill. p. 121. Colitur in hortis. Pet. albo et violaceo variegata, basi venis obscure purpur. Odor flor. gratus.

15. *Swertii*, barbata, caule trifloro fol. altiore, petalis undulatis replicatis subemarginatis. Lam. l. c. et encycl. 3. p. 196. Swert. florileg. t. 41. f. 1. In hort. colitur. Pet. albida, stigm. dilute purpur.

16. *japonica*, barbata, fol. ensiformib. falcatis glabris, brevioribus scapo compresso multifloro. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 327. Hab. in Japonia. Flores axillares. Corolla alba. Thunb.

17. *sambucina*, barbata, fol. ensiformibus glabris erectis, brevioribus scapo multifloro, lacin. corollae deflexis planis. Thunb. diss. n. 10. Jacq. 1. p. 1. t. 2. J. latifolia germanica sambuci odore. Bauh. pin. 31. Hab. in Europa australi. Simillima I. germanicae, sed deflexa petala saturatius violacea. Stigmata serrata.

18. *lurida*, barbata, fol. ensiformib. glabris erectis, brevioribus scapo multifloro, lacin. corollae exterioribus revolutis. Willd. l. c. p. 229. Ait. Kew. 1. p. 68. Hab. cum priore. Petala exteriora reflexa atropurpurea, petala interiora, lamina purpurascente; ungue aequalide lutescente. Forte varietas Ireos sambucinae, sed inodora. Ait.

19. *fimbriata*, fol. ensiformib. glabris brevioribus scapo multifloro, cor. petalis, stigm. fimbriato. Ventenat. descr. p. 9. t. 9. Hab. in China. Moraeis subaffinis. Corolla dilute caerulescens; petal. margine denticulata.

20. *germanica*, barbata, fol. ensiformib. glabris falcatis, brevioribus scapo multifloro, tubo germine longiore. Thunb. diss. n°. 9. Blackw. t. 69. Hoth. germ. I. p. 17. II. p. 41. In Europa australi. Versicolor. Rad. (sicca) odoratus. Stigm. dentata. Petala interiora non emarginata.

* *pallide caerulea*, barbata, fol. ensiformib. glabris falcatis, brevioribus scapo multifloro, tubo longitudine germinis Willd. l. c. p. 230. I. *pallida*. Lam. enc. 3. p. 294. I. *dilute caerulea*, involucro albo. Taberu. ic. 647. Hab. in Italia, in monte Pisan. Savi.

*Obs.* Secundum Willd. l. c. a *germanica* constanter distincta, et quoad observationes

Dom. Courset (Bot. cultiv. 1. p. 518) tantum ejus varietas.

21. *compressa*, barbata, fol. ensiformib. glabris, caule paniculato compresso. Th. diss. n°. 12. Lin. suppl. 98. Hab. in interioribus regionibus C. B. spei. ♄

22. *dichotoma*, barbata, fol. ensiformib. glabris, caule paniculato tereti. Thunb. diss. n°. 13. Lin. suppl. 97. Pall. it. 3. app. n°. 61. t. A. f. 2. Hab. in rupestribus apricis totius Davuriae. Refert Ixiam. Flor. longe pedunculati, omnium congenerum minimi, dilute purpurascentes.

** *Barbatae*, *foliis linearibus.*

23. *tripetala*, barbata, fol. lineari scapo unifloro longiore, petalis alternis subulatis. Thunb. diss. n°. 14. Lin. suppl. 97. Jacq. ic. 2. t. 24. Collect. 3. p. 272. Hab. in Cap. b. spei. Var. florib. caeruleis, violaceis et carneis.

24. *tricuspis*, barbata, folio lineari scapo subbifloro longiore, petalis alternis trifidis. Thunb. diss. n°. 15. Lin. suppl. 98. Houttuyn. 11. t. 80. f. 1. Ad Cap. b. spei Cor. albo, luteo et purpureo variegata.

*** *Imberbes*, *foliis ensiformibus.*

25. *plumaria*, barbata, fol. linearibus, scapo multifloro, stigmatib. multifidis. Th. diss. n°. 16. Moraea *tripetala*. L. suppl. p. 100. Willd. sp. p. 244. Ad Cap. b. spei.

26. *Northiana*, barbata, scapo foliisque falcatis linearibus, petalis exteriorib. pendulis, interioribus, suberectis apice revolutis. Moraea *Northiana* Andrew. t. 255. Hab. in Brasilia. Hab. Junci. Flor. 2. sub apic. scapi foliiformis. Pet. exteriora alba, interiora flavo-caerulea.

27. *orientalis*, barbata, scapo tereti, fol. distichis linearibus decrescentib., flore subsolitario terminali. Thunb. diss. n°. 18. (M. *iridioides*) Willd. p. 244. Mill. ic. t. 239. f. 1. Iris *orientalis*. Till pisan. 89. t. 33. Hab. in Oriente, Constantinop. Pet. interiora alba, immaculata, patentia. Stigm. caerulesc. petaloidea. Th.

28. *Xiphium*, imberbis, fol. ensiformib. canaliculato-subulatis, scapo bifloro, petal. stigmate fere angustioribus, germine teretitrigono. Ehrh. Beitr. 7. p. 139. Iris *variabilis*. Jacq. collect. 2. p. 321. Besl. eest. t. 4. f. 2. t. 6. f. 2. 3. t. 10. f. 1. Hab. in Hispania, Sibiria. Quoad color. variat.

29. *Xiphioides*, imberbis, fol. ensiformibus canaliculato-subulatis, scapo bifloro, petalis stigmate latioribus, [germine acute angulato. Ehrh. Beitr. 7. p. 140. Iris *Xiphium* Jacq. Collect. 3. p. 320. Besl. eyst. aest. t. 7. f. 1. t. 8. f. 1. t. 9. f. 1. Hab. in Hispania.

30. *Pseud-Acorus* (*paludosa*), imberbis, fol. ensiformibus, petalis alternis stigmate mineribus. Thunb. diss. n°. 17. Fl. dan. t. 494. Roth. germ. 1. p. 17. II. p. 43. Acorus adulterinus. Bauh. pin. 34. Hab. in paludosis, aestate.

31. *foetida*, imberbis, fol. ensiformibus, scapo uniangulato. Thunb. diss. n°. 19. Cor. imberbibus petalis interioribus patentissimis, caule uniangulato, fol. ensiformibus. L. Hort cliff. 19. Moris. s. 4. t. 5. f. 2. mala. Hort. eyst. 8. f. 1. Hab. in Gallia, Anglia, Hetruria, Hongaria et Barbaria. Cor. caerulescenti-tristis. Petala exteriora, ungue fimbrius plicis rugoso. Fol. foetidiss., obscure viridia.

32. *virginica*, imberbis, fol. ensiformibus, scapo folioso anciptii. Thunb. diss. n°. 20. Jacq. Collect. 2. p. 322. Cor. lacin. 3 fascia mucido-tomentosa, caps. trigona: angulis sulcatis. Mich. Fl. amer. p. 22. Hab. in Virginiae et Carolinae palustribus.

33. *versicolor*, imberbis, fol. ensiformibus, scapo tereti flexuoso, germinibus subtrigonis. Thunb. diss. n°. 21. Curt. mag. t. 21. Hab. cum priore. Petala apice obscure violacea basi flavescentibus venis violacea, interiora carnea. Stigmata alba. Willd.

34. *halophila*, imberbis, fol. ensiformibus, radicalibus longissimis, scapo tereti, germinibus hexagonis. Ait. Kew. p. 72. Pall. it. 3. app. 63. t. B. fig. 2. In Sibiriae locis depressis salsis.

35. *ochroleuca*, imberbis, fol. ensiformibus depressis striatis, scapo subtereti, germinibus hexagonis. Thunb. diss. n°. 22. Act. Petrop. 1781. 1. p. 252. t. 8. Hab. in Oriente. Petala reflexa, basi dilatata venis obscurioribus, limbo flavo marginib. albo; erecta nivea, basi venis flavescentib. Stigmata nivea. Affinis I. spuriae.

36. *spathacea*, imberbis, fol. ensiformibus rigidis, scapo tereti bifloro, spathis longissim. Thunb. diss. n°. 23. *Spathulata*. Lin. suppl. 59. In interioribus regionibus Cap. bonae spei.

37. *ramosa*, imberbis, fol. ensiformib., caule paniculato multifloro. Lin. suppl. 98. In Schwartlandiae arenosis ad Cap. b. spei.

38. *stylosa*, acaulis imberbis, fol. ensiformibus, cor. laciniis subaequalibus: tubo longissimo. Desf. 1 c. t. 5. I. *unguicularis*. Lam. ill. p. 124. In Algeria, in scrpibus. Cor. caerul. stigm. angusta.

*** *Imberbes, fol. linearibus.*

39. *scorpioides*, acaulis imberbis, fol. canaliculatis, cor. laciniis tribus erectis minimis: tubo longissimo. Desf. l. c. t. 6. I. *microptera*. Lam. l. c. Hab. in Algeriae humidis. Fl. hyeme. Stigm. maximum, profunde bifidum. D.

40. *juncea*, imberbis, bulbo tunicato, caule subbifloro, fol. subulatis canaliculatis, spatha diphylla acuta, cor. tubo elongato. Desf. atl. p. 305. t. 4. Poir. iter. ed. germ. t. 1. (mala.) Hab. in collibus aridis in Atlante. Cor. lutea. Caps. longa. D.

41. *Sisyrinchium*, imberbis, fol. linearibus undulatis reflexis, scapo unifloro. Thunb. diss. n°. 25. Hab. in Hispania, Lusitania, Barbaria. Petala purpurea, macula lutea loco barbae. Bulbi ex gemino bulbo altero alteri imposito.

42. *longifolia*, fol. linearibus canaliculatis longissimis glaucis, scapo multifloro. Andrew. Repos. t. 45. Hab. in Cap. bonae spei. Flor. et Bulbi ut in antecedente. Fol. 3-pedalia. Cor. macula lutea oblonga.

43. *verna* (*nana*), imberbis, fol. linearibus planis, scapo unifloro, lac. corollae alternis aequantibus. Thunb. diss. n°. 26. Pluk. alm. 198. t. 196. f. 6. Habitat in Virginia. Pusilla. Fol. lineari-gladiata. Rad. fibrosa. Michaux p. 22.

44. *persica*, imberbis, fol. linearibus planis, scapo unifloro, petalis interioribus brevissimis patentissimis. Syst. veg. p. 79. Lam. ill. t. 33. f 3. Rudb. elys. 2. p. 10. *L.* 9. Hab. in Persia.

45. *angusta*, imberbis, folio filiformi lineari erecto glabro, scapo subunifloro, spathis obtusis. Thunb. diss. n°. 28. Hab. ad Cap. b. spei.

46. *setacea*, imberbis, fol. filiformi-lineari erecto glabro, scapo glabro subunifloro, spathis acutis membranaceis. Th. diss. n°. 29. t. 1. f. 2. I. *setifolia*. Lin. suppl. 99. Cum priore.

47. *tenuifolia*, spatha biflora, folio longissimo filiformi, cor. tubo filiformi elongato. Lin. suppl. 97. Pall. it. 3. app. n°. 66. tab. C. fig. 2. In arenosis Davuriae et ad Wolgam. Cor. pallide caerulea, odore caryophylleo fragrans.

48. *ventricosa*, imberbis, fol. linearib., scapo subbifloro, spathis ventricosis, tubo elongato, germine trigono. Willd. l. c. p. 236. Pallas itin. 3. app. n°. 62. t. B. f. 1. Cum priore. Cor. pallide caerulea. Germen lateribus sulco bipartitis. Pall.

49. *elegans*, imberbis, fol. gramineis attenuatis, scapo subbifloro, spatha ventricosa, germine trigono, stigm. crenato-dentato. In hortis rarius obvenit. Caul. 2-pedalis. Cor. magna elegans, lac. exter. flavesc. in medio macula lata fulva. Stigm. sulphur. margine caeruleae.

50. *graminea*, imberbis fol. linearibus scapo subbifloro ancipiti superantibus, germinibus hexagonis. Thunb. diss. n°. 31. Jacq. aust. t. 2. Hab. in Austria.

51. *ensata*, imberbis, fol. linearibus, scapo subbifloro tereti, germinibus hexagonis. Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2 p. 328. I. *graminea*. Thunb. jap. 34. Habitat in Japonia.

52. *spuria*, imberbis, fol. linearibus, scapo subtrifloro tereti, germinib. hexagonis. Thunb. diss. n°. 32. I. *spathulata*, imb. fol. ensiformib. caule subbrevioribus. pet. majorib. spathulatis. Lam. enc. 3. p. 300? Jacq. aust. t. 4. Hab. in Germaniae, Galliae, Sibiriae et Hongariae pratis.

53. *orientalis*, imberbis, fol. linearib. scapo subbifloro tereti articulato, germinib. trigonis, corollis fusco-reticulatis. I. *sibirica*. Thunb. jap. 33. Hab. in Japonia. Spathae fol. similes.

54. *pratensis*, (*sibirica* L.) imberbis, fol. linearibus, scapo fistuloso subtrifloro tereti, germinibus trigonis. Thunb. diss. n°. 33. Lam. encycl. 3. p. 300. Jacq. aust. t. 3. Roth. germ. I. p. 18 II. p. 43. Hab. in Germaniae, Austriae, Helvetiae, Galliae, Sibiriae pratis. Fol. plana suberecta, caule breviora.

* *odorata*, imberbis, fol. gramin. caule subaequantib. attenuato-pungentib., caule tereti bifloro, germine trigono, cor. venosis. In horto quodam cultum inveni. Caul. subarticul. Flor. obscure caerulei: pet. exteriora medio lin. fulva, intus crispa. Odor gratus.

55. *martinicensis*, fol. linearibus, pet. foveolis glandulosis, germinibus trigonis. Thunb. diss. n°. 34. Jacq. amer. 7. t. 7. Xiphion floré ex luteo nigricante. Plum. spec. 8. ic. 260. t. 261. f. 1. Hab. in Martinica.

56. *crispa*, imberbis, fol. linearib. crispis. Thunb. diss. n°. 36. In collib. Cap. b. spei.

57. *pavonia*, imberbis, folio lineari glabro, scapo subunifloro. Thunb. Jacq. Coll. suppl. p. 8. Hab. ad Cap. b. spei. Caulis submentosus. Flos aurantiacus aut albus, macula baseos caerulea. Filam. connata.

58. *papilionacea*, imberbis, fol. linearibus reflexis hirtis. Thunb. diss. n°. 37.

t. 2. f. 1. Jacq. Collect. suppl. p. 159. t. 3. f. 2. * Hab. ad Cap. b. spei.

59. *fugax*, imberbis, scapo teretì, fol. radicalib. lanceolato-linearib. canaliculatis, flor. terminalibus, stigmatib. erectis profunde bifidis. Morsea fugax. Andrew. t. 83. Ad Cap. b. spei. Rad. bulbosa, fol. interiora sublinearia. Flos fugax, 3 tantum horas durans.

60. *edulis*, imberbis, folio lineari pendulo glabro, scapo glabro multifloro. Th. diss. n°. 38. Morsea *fugax*. Syst. veg. 93. Jacq. Hort. 3. t. 20. In campis arenosis Cap. b. spei.

61. *tristis*, imberbis, fol. linearibus glabris, scapo hirto ramoso. Thunb. diss. n°. 39. Morsea *sordescens*. Jacq. ic. rar. 2. t. 225. Ad Cap. b. spei.

62. *polystachya*, imberbis, fol. linearib. planis, scapo glabro ramoso. Thunb. diss. n°. 41. I. *lacera*, spathis laceris. Lam. ill. 125. Cum prioribus.

63. *viscaria*, imberb., fol. linearibus planis, petalis patentibus, caule viscoso. Lin. suppl. 98. In Cap. b. spei locis arenosis ad Saldahna bay. Odor bituminosus.

64. *bituminosa*, imberbis, fol. linearib. spiralibus, scapo viscoso. Thunb. diss. n°. 43. t. 2. f. 2. Petalis reflexis. Lin. suppl. 98. Ad Cap. b. spei. An varietas?

***** *Imberbes, foliis tetragonis.*

65. *tuberosa*, imberbis, fol. tetragonis. Thunb. diss. n°. 43. Moris. hist. 2. p. 348. s. 4. t. 5. f. 1. Hermodactylus. Tournef. cor. 50. In Arabia, Oriente.

108. MARICA. *Cor.* 6-petala, supera: laciniis interioribus minoribus. *Stylus* crassus. *Stigma* petaloideum, trifidum: laciniis indivisis acutis. *Spatha* magna flor. involvens.

1. *paludosa*, Willd. Sp. 246. Cipura paludosa. Aub. guj. 1. p. 38. t. 13. Lam. ill. p. 107. t. 30. Hab. in pratis humidis Guianae. Folia graminea. Flores albi vel caerulei, spathis cincti. W.

109. DILATRIS. *Cor.* 6-petala supera hirsuta. *Filam.* tertium reliquis minus. *Stigma* simplex. *Capt.* globosa, coronata, infera, trilocularis.

1. *corymbosa*, petalis ovatis, panicula hirsuta. Thunb. Act. Societ. Berol. 4. p. 46. Berg. cap. 9. t. 3. f. 5. Dilatris *umbellata*, petalis ovatis, corymbo fastigiato hirsuto. Lin. suppl. 101. In sabulosis Cap. bonae spei. Corollae atropurpureae, petalis connexae. Stam. 3, longitudine petalorum. Stigma trigonum. Mant. ☈

2. *Ixioides*, panicula ovata villosa, petalis ovalibus externe barbatis, stam. corolla longioribus. Lam. ill. p. 127. Hab. ad Cap. b. spei.

3. *viscosa*, petalis linearibus, panicula villoso-viscida. Thunb. prod. 10. Thunb. l. cit. 4. p. 48. Lam. ill. t. 34. In monte tabulari Cap. b. spei. ☈

4. *paniculata*, petalis lanceolatis, caule paniculato. Thunb. l. c. 4. p. 51. Hab. in arenosis Cap. b. spei. Flor. purpureo-flavescentes. ☈

5. *Heritiera*, fol. angustis irideis erectis, panicula subcorymbosa, petalis 3 linearibus, 3 alternis interioribus lanceolat. *Heritiera* Gmelini. Mich. Flor. amer. 1. p. 21. Her. tinctorum. Bull. des Sc. n°. 19. Hab. in Carolinae uliginosis. Cal. rubens. Cor. subcampanulata, tomentosa. Stigm. subtrilobum. Caps. 3-quetra. M.

110. WACHENDORFIA. *Cor.* 6-petala, inaequalis, infera. *Capt.* trilocularis, supera.

1. *thyrsiflora*, scapo subsimplici, panicula coarctata, fol. ensiformibus quinquenerviis plicatis glabris. Th. prod. 12. Lam. ill. 1. p. 127. Burm. monogr. 2. f. 3. Ad Cap. b. spei, cum sequentibus omnibus.

2. *paniculata*, scapo polystachyo, panicula patente, fol. ensiformibus trinerviis plicatis glabris. Th. prod. 12. Smith. ic. pict. 1. p. 5. t. 5. Lam. ill. t. 34. f. 1. Erythrobulbus hellebori albi plicatis foliis. Pluk. mant. 70.

3. *hirsuta*, scapo polystachyo, panic. patente, fol. ensiformibus trinerviis plicatis villosis. Th. prod. 12.

4. *tenella*, scapo subpolystachyo, panicula patente, fol. linearibus trinerviis glabris. Th. prod. p. 12.

5. *graminea*, scapo polystachyo, panic. patente, fol. ensiformib. canaliculatis glabr. Th. prod. 12.

111. XIPHIDIUM. *Cor.* 6-petala, aequalis. *Stam.* recta. *Capt.* supera, 3-locul., polysperma. Spatha s. cal. o.

1. *album*, fol. glabris, petalis linearis-

lanceolatis. Willd. Sp. 248. X. floribundum. Swartz prod. 17. et Flor. 1. p. 80. In Cumana, Amer. meridionali.

2. *caeruleum*, fol. hirsutis, pet. ovatis. Willd. l. c. X. *caeruleum*, floribus paniculatis, flore et fol. pilosis. Aubl. guj. 1. p. 33. t. 11. In pratis Gujanae.

112. COMMELINA. *Cor.* 6-petala. *Nect.* 3, cruciata, filam. propriis inserta. *Caps.* subglobosa, 3-locularis.

* *Dipetalae, ob duo petala majora.*

1. *communis*, corollis inaequalibus, fol. ovato-lanceol. acutis, caule repente glabro. Hort. upe. p. 18. Willd. sp. pl. 1. p. 249. Dill. elth. 93. t. 78. f. 89. Habitat in America. ☉

2. *polygama*, cor. inaequalibus diandris hermaphroditis et masculis, ramis prostratis radicantibus. Roth. catal. bot. 1. p. 1. et 2. p. 1. Kaempf. amoen. 889. Hab. in Japonia.

3. *cayennensis*, procumbens, fol. ovato-lanceolatis acutis glabris: vaginis ciliatis, nectariis bilobis. Richard in Act. Soc. Lin. Paris. p. 106. In Cayenna.

4. *pilosa*, pumila diffusa, fol. lanceolatis, vaginis involucrisque pilosis. Rich. l. c. Hab. cum priore.

5. *africana*, cor. inaequalibus luteis, fol. lanceolatis glabris, caule decumbente. Hab. in Aethiopia.

6. *bengalensis*, cor. inaequalibus, fol. ovatis obtusis, caule repente. Murr. commoett. 1779. p. 18. t. 5. Pluk. alm. t. 27. f. 3. In Bengala.

7. *erecta*, cor. inaequalibus, fol. ovato-lanceolatis, caule erecto scabro simplicissimo Dill. elth. 94. p. 77. t. 88. Hab. in Virginia.

8. *virginica*, cor. subaequalibus, fol. lanceolatis subpetiolatis ore barbatis, caulibus erectis. Lin. Hab. in Virginia. Fol. supra retrorsum scabra: vaginis nervosis, ore barbatis pilis ferrugineis. ♄

9 ? *longifolia*, caule stricto pubescente, fol. lanceolatis longissimis: vaginis rufo-barbatis, pet. ternis subaequalib. Michaux Flora p. 23. In umbrosis sylvar. Virginiae et Carol. Julio. Sem. compressa subelliptica.

9. *angustifolia*, assurgens, debilis, fol. linearibus – lanceolatis acutis planis, petalis duobus. Mich. l. c. p. 24. In Carolinae campestrib. Majo. Sem. cylindrica. Bract. subcordatae.

10. *longicaulis*, cor. subaequalibus, fol. linearibus-lanceolatis sessilibus, vaginis ciliatis, caule decumbente. Willd. l. c. p. 251. pedicellis geminis filiformib. geniculatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 294. Collect. 3. p. 234. Hab. in humidis ad Caracas. ♄

11. *mollis*, cor. subaequalibus, foliis petiolatis ovatis pubescentibus, caule repente. Willd. Jacq. ic. rar. 2. p. 293. Collect. 3. p. 235. Cum priore. ♄

12. *vaginata*, cor. aequalibus, fol. linearibus, flor. diandris involucro vaginatis. Mant. 177. Pluk. alm. t. 174. f. 3. In India orientali. Pedunc. terminati involucro convolute. Corpuscula linearia. Antherae flavae, nigromaculatae. ☉

13. *nudiflora*, cor. aequalibus, pedunc. capillaribus, fol. linearibus, involucro nullo, flor. diandris. Mant. 177. Pluk. alm. 135. t. 27. f. 4. In Indiae orientalis aridis graminosis. Flor. nutantes. Corpuscula deltoidea. ☉

14. *cucullata*, cor. aequalibus, foliis ovatis, involucr. cucullat. turbinatis. Mant. p. 176. Lam. enc. 1. p. *C. nervosa*. Burm. ind. 18. t. 7. f. 3. cfr. Loureiro Flor. Cochinchin. 1. p. 39. In India orientali. Involucra margine laterali coalita. Flores minuti.

15. *japonica*, fol. ovato-lanceol. at. undulatis, caule erecto angulato piloso, flor. paniculatis. Th. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 332. In Japonia.

16. *bracteolata*, cor. aequalibus, fol. lanceolato-linearib. undulatis subcrispis, pedunc. paniculatis bracteolis semivaginantibus. Lam. ill. gen. 1. p. 129. Habitat in India.

17. *spirata*, cor. aequalibus, fol. lanceolatis, flor. paniculatis, pistillo convoluto. Mant. 2. p. 176. In India orientali ad rivulos et locis humentibus. ☉

18. *hispida*, cor. aequalibus, fol. ovato-lanceolatis obtusis hispidis, pedunc. subquinquefloris. Flor. per. 1. p. 43. t. 73. f. a. Hab. in collibus proviuc. Camanae. Stigm. subcapitatum. ☉

19. *fasciculata*, cor. aequalibus, fol. lanceolatis acutis, vaginis ciliatis, caule assurgente, rad. fasciculata. Flor. per. 44. t. 72. b. In collib. et arvis Limae. Pet. interiora caerulea, exteriora breviora, albida. ♄

20. *nervosa*, cor. subaequalibus, fol. lan-

ceolatis 16-nerviis: vaginis hirsutis, caule erecto. Fl. per. l. c. Hab. in umbrosis ad Cuchero vicum peruvianum.

21. *gracilis*, cor. aequalibus, fol. ovatis acutis, margine scabris: vagin. longis ciliatis, caul. repente. Fl. per. l. c. t. 72. f. a. Cresc. in Peruv. cultis et humidis. Pet. exteriora albida.

22. *serrulata*, pedunc. axillarib. subsolitariis multifloris, fol. lanceolatis marginatis serrulato-scaberrimis, vagin. ciliatis. Vahl. eclog. amer. fasc. 2. In Cayenna.

113. CALLISIA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Anth.* geminae. *Stigm.* penicilliformia. *Caps.* compressa, 2-locularis. *Nect.* 0.

1. *repens*, flor. axillaribus subsessilib. caule laevi, fol. glabris. Lam. enc. p. 563. ill. gen. t. 35. f. 1. Hapalanthus Jacq. amer. pict. p. 12. t. 12. Hab. in Amer. meridionali, locis udis.

2. *ciliata*, fol. cordatis vaginantibus denticulato-ciliatis, vaginis subtrifloris. C. *repens*. Flor. per. 1. p. 45. t. 73. f. b. Habitat ad urbem Huanaci in Peruv. in fruticetis.

3. *umbellata*, caul. sursum pedunculisque villosis, florib. umbellulatis diandris. Lam. ill. p. 130. t. 35. f. 2. In America meridionali observata a cl. Richard.

114. LEPTANTHUS. *Spatha* 1-flora, hinc dehiscens. *Cor.* tubo longo gracili: limbo sexpartito. *Stam.* laciniis inserta. *Anther.* lineares, aut biformes triangulares. *Caps.* intra spatham, coronata, 3-locularis, polysperma, angulis dehiscens.

* *Antherae uniformes lineares, filamenta aequalia.*

1. *ovalis*, foliis ovalibus petiolatis. Michaux Flor. am. bor. 1. p. 25. t. 5. f. 1. Hab. in paludib. Illinoensib. Flos ex imo petiolo erumpit.

2. *graminea*, fol. linearibus, caul. fluitante dichotomo. Mich. l. c. Cresc. in flumine Obio. Potam. *graminei* habitus.

** Heteranthera. *Filam. longitudine inaequalia, antherae biformes.*

3. *peruviana*, fol. lato-reniformibus, spatha subquadrifl ora. H. *reniformis*. Fl. per. 1. p. 43. t. 71. f. a. In Peru. Caul. repens. ♆

4. *virginica*, fol. orbiculato-reniformib. spatha 1-flora. Michaux l. c. 1. p. 25. In Pensylvania, Virginia.

115. SYENA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Antherae* oblongae. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis.

1. *fluviatilis*. Willd. sp. p. 254. Mayaca fluviatilis. Aub. gui, 1. p. 42. t. 15. *M. Aubleti* Michaux. In rivulis Guianae, et in Carolina. Planta muscosa. Fol. capillacea verticillata. Flor. axillares albi. W.

116. XYRIS. *Glumae* bivalves in capitulum. *Cor.* 3-petala, aequalis. *Caps.* supera, 1-locular., 3-valvis.

1 *indica*, fol. ensiformibus scapum vaginantibus, capitulo globoso, squamis subrotundis. Willd. phytog. 1. p. 2. n°. 6. Vahl symbol. 2. p. 7. Pluk. alm. 170. t. 416. f. 4. Moris. hist. 3. p. 229. s. 8. t. 9. f. 28. In Indiis. ♆

2. *pauciflora*, fol. lineari-subulatis scap. vaginantibus, capitulo oblongo, squamis ovatis obtusis. Willd. l. c. n°. 7. t. 1. f. 1. In Malabaria. ♆

3. *americana*, fol. triquetris linearisubulatis basi distinctis, capitulo oblongo, squamis-lanceolatis acutis. Willd. sp. pl. 1. p. 255. Aubl. guian. 1. p. 40. t. 14. In America caliiore. Flor. caerulei. ♆

4. *capensis*, fol. linearibus brevissimis, capitulo ovato acuto, squamis obtusis. W. l. c. Thunb. prod. 12. Hab. ad Cap. bonae spei. ♆

5. *subulata*, fol. distichis subulatis, scapo 1-2-phyllo, spica 2-3-flora. Flor. per. 1. p. 46 t. 72. b. Habitat in Peruviae montosis humidis.

6. *brevifolia*, fol. subulato-gladiatis, scapo teretiusculo, capitulo globoso. Michaux Flor. p. 23. In pratis udis Georgiae inferioris.

7. *anceps*, fol. linearib. obtusiusculis, scapo apice dilatato anciptti, capit. squamis rotundatis. X. Jupicai. Mich. l. c. Cresc. a Marilandia ad Floridam.

---

† Florae glumacei. 1.) *Scirpoidei* Caules cylindrici aut triquetri, farcti, enodes, rarius articulati. Flor. spicati, squamis s. paleis imbricati, monogyni, stigm. 2-3; filam. nnmero et situ variant, ut plurimum tria. Sem. unicum, nudum, basi *involucello* setulae- lanae- pal ae- arilliformi aut nullo cinctum. Huc quoque per-

tinerent *Carices*, quae vero ob staminum situm ad classem monoeciam a Linnaeo relatae sunt.

117. KYLLINGA. *Spica* (Amentum L.) subrotunda aut oblonga sessilis, aut umbellata constans ex spiculis subimbricatis: *Cal.* 2-valvis: valvula inaequali, 1-florus. *Cor.* 2-valvis, cal. major. Sem. triquetrum. (Stam. 1-3. Stigm. 2-3.)

1. *monocephala*, culmo filiformi triquetro, capitulo globoso sessili, involucro triphyllo longissimo. Lin. suppl. 104. Roth. gram. p. 13. t. 4. f. 4. Willd. sp. pl. 256. Schoenus coloratus. Lin.? Rumph. amb. 6. p. 8. t. 3. f. 2? In humidis Indiae orientalis et Americae. ♄

2. *brevifolia*, culmo setaceo monophyllo, involucro triphyllo brevi, capitulo terminali sessili. Roth. loc. cit. f. 3. In India orientali.

3. *pumila*, involucro triphyllo plano, flor. diandris. Mich. Flor. amer. 1. p. 29. In Shavanensium regione ad amnem *Scioto*. Styl. bifidus uti in sequente.

4. *maculata*, involucro triphyllo patentissimo, capitulis 3 glomerato-sessilibus, monandris. Michaux l. c. Hab. in Carolina. Sequenti affinis dicitur.

5. *ovularis*, spicis umbellatis globoso-ovoideis, glumis lanceolatis, valvulis exterioribus ovalibus, stylo 3-fido. Michaux l. c. In Georgia, et Carolina.

6. *nivea*, capitulis terminalibus subternis glomeratis sessilib. Lin. suppl. 104. Roth. 6. (K. triceps.) L. Schoen. niveus Scheuchz. Agrost. 401. t. 9. f. 11. Pluk. phyt. t. 197. f. 7. In humidis Americae et Indiae orientalis. Gramen laevissimum. Capitul. terminale (lateralibus 3 approximatis) ovatum sessile niveum. Stylus semibifidus. L. ♄

7. *paniculata*, umb. terminali spicis sessilibus pedunculatisque cylindricis imbricatis, involucro universali subtetraphyllo, partiali nullo. Lin. suppl. 105. Roth. l. c. f. 1. In India, Oriente.

8. *filiformis*, umb. terminali simplici, spicis sessilibus pedunculatisque ovatis, spiculis ovatis acutis, involucro triphyllo, partiali nullo. Swartz prod. 20. Ej. Flor. p. 121. In Hispaniolae, Jamaicae camp. graminosis. Fol. lineari-convoluta. Involucrum 3-phyl.

9. *umbellata*, umb. terminali, spicis sessilibus pedunculatisque cylindricis squarrosis, involucro universali polyphyllo, partiali triphyllo. Lin. suppl. 105. Roth. l. c. f. 2. Scirpus cyperoides. Lin. Mant. 181. Rheed. mal. 12. p. 119. t. 63. β. Kyllingia *sumatrensis*, involucro partiali nullo. Retz. obs. 4. p. 13. In Sumatra.

10. *cyperina*, culmo triquetro striato basi folioso, umb. simplici, spicis strictis sessilibus, involucro universali polyphyllo longissimo, partiali nullo. Retz obs. 6. p. 21. In India orientali. Fol. culmo duplo fere longiora.

11. *incompleta*, culmo triquetro folioso, umb. composita, involucro universali et partiali polyphyllo, calyce univalvi. Willd. l. c. p. 258. Jacq. ic. rar. 2. t. 300. Collect. 4. p. 101. Hab. cum priore.

*Obs.* An ad hoc genus quoque pertinet Carex *hermaphrodita*. Jacq.?

118. MAPANIA. Involucr. magnum triphyllum. Flor. capitati. *Cal.* 6-valvis, imbricatus, dentatus. *Cor.* 0. *Semen* involucello (perisporio) 6 paleaceo involutum. Richard.

1. *sylvatica*. Aubl. guian. 2. 47. t. 17. Willd. sp. 1. p. 258. Habitat in sylvis udis Guianae. Culm. basi squamis vel foliis imbricatis lanceolatis vestitus. Kyllyngiam fere refert. W. ♄

119. REMIREA. Spiculae in capitulum congestae. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 2-valvis, cal. minor; palea intima. (s. nectar. Schr.) semen non dimittente. Filam. longiss ma.

1. *maritima*. Aubl. Guj. 1. p. 44. t. 16. Lam. 1. p. 134. t. 117. Miegia Schreb. Willd. Sp. 1. p. 311. Hab. in arenosis maritimis Guianae et Cayennae. Radix s. stirps repens. Culm. foliosi.

120. DICHROMA. Spica ovata s. capitata involucrata. Squamae (paleae) multis membranaceae subcongestim imbricatae. *Styl.* setaceus; Stigm. 2. *Sem.* nudum, rugellosum, apice tuberculo lunatim cincto. (Fol. floralia s. involucrum basi discolora ut plurimum albicantia.)

1. *leucocephalum* (glabra), erecta glabella, capitulo involucroque inferne can-

didis. Michaux Flora. 1. p. 37. Hab. in Carolina et Georgia.

2. *ciliatum*, involucro foliisque basi ciliatis, spiculis oblongis attenuatis. Schoenus stellatus. Swartz prodr. p. 19. Willd. sp. 1. p. 264. Spica compacta alba, fol. ad spicam partim albis partim viridibus. Sloan hist. 1. p. 119. t. 78. f. 1. Hab. in Florida et insul. Caribaeis. Kyll. *triceps* refert. Sw.

3. *reptans*, humilis reptans, fol. serrulatis glabris, involucr. subtriphyllo breviusculo. Richard in Act. Soc. Paris. 1. p. 106. sub Scirpo. Hab. in Cajenna.

*Obs.* Forte nonnulli *Schoeni* auctor. Scirpus *radiatus* Thunb. Willd. 1. p 289, et Cyperus leucocephalus. Retz. obs. 5. p. 11. huc quoque pertinent.

121. SCHOENUS. Spicul. subconvolutae, acutae. Squamae fasciculatim congestae, exteriores steriles, nitidae. *Cor.* o. *Sem.* 1, subrotundum nudum, aut setis cinctum. (Stam. 2-3.)

* *Culmo tereti.*

1. *Mariscus*, culmo tereti folioso, fol. margine dorsoque aculeatis. Flor. suec. p. 35. Jacq. collect. 3. p. 72. Willd. sp pl. 1. p. 25c. Scheuchz. gram. 375 t. 8. f. 7-11. Moris. hist. 3. p. 237. s. 8. t. 11. f. 23. Hab. in Europae paludibus. β. *effusus*. Sw. Flor. Ind. occid. 1. p. 98. Cresc. in inundatis maritimis prope Vera Crux.

2. *junceus*, culmo tereti subnudo, umbella sessili laterali. Willd. phytog. 1. p. 2. n°. 9. t. 1. f. 4. In Guinea.

3. *mucronatus*, culmo tereti nudo, spiculis ovatis fasciculatis, involucro subhexaphyllo patente, fol. canaliculatis. Syst. veg. p. 81. Schousboe Maroc. 2. p. 28. Cyperus aegyptiacus. Gloxin. obs. bot. p. 20. t. 3. Moris. hist. 3. p. 227. s. 8. t. 9. f. 6 In Europae australioris et Barbariae maritimis.

*Obs.* Gramen quoad sedem dubium, non male quoque ad Scirpum S. Mariscum Hall. referri posset.

4. *pilosus*, culmo tereti, vaginis pilosis, flor. fasciculatis. Willd. Phytog. 1. p. 3. n°. 10. t. 1. f. 3. In Guinea.

5. *filiformis*, culmo tereti capillari, capitulo oblongo, involucro triphyllo. Thunb. prod. 16. S *indicus*. Lam. enc. Plukn. amalth. 113. t. 1. 416. f. In Cap. b. spei.

6. *striatus*, culm. tereti, capitulo ovato, involucro triphyllo. Thunb. prod. 16. Ad Cap. b. spei.

7. *Capitellum*, culmo tereti, capitulo ovato, involucro diphyllo. Thunb. prod. 16. Ad Cap. b. spei.

8. *scariosus*, radice bulbosa, scapis teretib. canaliculatis, fol. setaceis rigidis, spica cylindrica terminali, squam. margine scariosis. Rottb. gram. 46. t. 16. f. 2. (Scirp. bulbosus). Willd. sp. 1. p. 261. Thunb. prodr. In India orientali et Cap. b. spei. Facies Scirpi palustris. Fol. radicalia copiosa conferta filiformia, basi membrana lata alba.

9. *nigricans*, culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri diphylli ovati valvula altera subula longa terminata. Moris. hist. 3. p. 233. s. 8. t. 10. f. 28. Hab. in paludibus et maritimis. *Var.* culmo fol. longiore aut iis breviore.

10. *ferrugineus*, culm. tereti nudo, involucri valvula majore lanceolata spicam aequante. Moris. hist. 3. p. 254. s. 8. t. 12. f. 40. In Gotlandiae, Helvet. paludibus.

11. *fuscus*, culmo teretiusculo aggregato stricto foliisque canaliculatis setaceis, flor. fasciculatis, involucro (bractea) diphyllo longissim. Willd. sp. 1. p. 262. S. *setaceus*. Thuill. Flor. Paris. ed. 2. p 19. Hab. in paludosis. A S. *alho* differt praeter colorem fuscum flor. acutis et bract. his quadruplo longioribus; has species vero inter se non differre affirmat cl. Smith. Fl. Brit. 1. p. 46.

12. *rufus*, culmo tereti nudo, spica subdistricha involucro 1-phyllo obtuso longiore, spiculis paucifloris, fol. canaliculatis. Smith l. c. p. 45. Light. Scot. t. 24. f. 2. Hab in Scotiae paludibus. Rad. repens. Sem. setosum.

13. *tristachyos*, culm. tereti articulato laevi, capitulis tribus terminalibus. Thunb. prod. 16. Ad Cap. b. spei.

14. *cuspidatus*, culm. teretib. subnudis, panic. lineari, bract. annularib. obliquis brevissimis, mucrone longissimo terminat. Rottb. 66. t. 18. f. 3. Ad Cap. b. spei.

15. *aristatus*, culmo tereti aphyllo, spicis aggregatis, involucro monophyllo, glumis cuspidatis. Thunb. prod. 16. Ad C. b. spei.

16. *compar*, culmo tereti aphyllo, spicis aggregatis, involucris brevioribus, glumis acutis. Thunb. prod. 16. Rottb. p. 65. t. 18. f. 4. Ad Cap. b. spei. Spiculae binae in singulo racheos denti sessiles.

17. *flexuosus*, culmo tereti folioso, spicis paniculatis, glumis mucronatis. Th. prod. 16. β ? *involucratus*, panicula foliosa nutante, spicis congestis aristatis sub-

distichis, floseulis gemellis nectariferis. Rottb. 64. t. 19. f. 1. Ad Cap. b. spec. ℔

18. *capillaceus*, culmo tereti folioso, spicis subracemosis, glumis cuspidatis, fol. capillaribus. In Cap. b. spec. ℔

19. *ustulatus*, culmo tereti folioso, spicis pedunculo pendulis oblongis aristatis. Mant. 178. Rottb. 63. t. 18. f. 1? Ad Cap. bonae spei. Folia caulina pauca. ℔

20. *thermalis*, culmo tereti folioso, spic. pedunculo alternis aristatis, singula composita spiculis plurimis per totidem bracteas interstinctis. Rottb. p. 63. t. 18. f. 2. Willd. sp. 1. p. 267. Ad aquas calidas Cap. b. sp. Spic. turgidae, glum. mucrone longo.

21. *spicatus*, culm. tereti capillari, capitulis spicatis involucratis. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

22. *Bobartiae*, culm. compresso, capitulo terminali, involucro pentaphyllo. Retz. obs. 4. p. 9. In Zeylona. ℔

23. *hirsutus*, pedunc. axillaribus terminalibusque, pedicellis racemosis trispicatis. Vahl. Eclog. 1. Hab. in America meridionali.

24. *bulbosus*, scapis foliisque setaceis basi alatis, capitulis glomeratis, per bracteas setaceas interstinctis. Willd. 1. p. 264. Ad Cap. b. spei Radix bulbosa. Folia numerosa, setacea, basi interstincta ramentis membranaceis albis. Facies Junci bulbosi. An hujus generis?

25. *inanis*, culm. tereti aphyllo, spicis paniculatis, glumis acutis. Thunb. prod. 16. In Cap. b. spei ℔.

* * *Culmo triquetro.*

26. *cephalotes*, culm. folioso triquetro: involucro tetraphyllo longissimo, deflexo, capitulo oblongo terminali. Rottb. 61. t. 20. In Surinamo. A Scirpo cephalote distinctus. Willd. sp. 1. p. 265. Habitus recedit. ℔

27. *cyperoides*, culm. triquetro folioso, umbella terminali, spiculis glomeratis. Swartz prod. 19. Ej. Flor. p. 110 Jacq. icon. rar. 1. t. 10? Collect.. 1. p. 113 *? In Jamaicae austral. montib. Stigm cirrhosa. Setae 2. Sw. ℔

28. *cymosus*, culm. triquetro folioso, umbella terminali composita, spiculis ovatis striatis glomeratis. Willd. sp. pl. 265. In America boreali. Fol. linearia cyperina numerosa. Spic. minutae, tres semper glomeratae sessiles. Involuc. universale polyphyllum inaequale. W. ℔.

29. *glomeratus*, culm. triquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. planis, pedunculis lateralibus geminis. L. Willd. p. 266. Swartz obs. 29. In Jamaica et America boreali. Sem. basi setis cinctum.

30. *Cladium*, culm. obtuse triquetro folioso laevi, fol. anterorsum aculeatis panic. diffusis, spiculis unifloris sessilibus diandris. Swartz prod. 19. Ejusd. Flor. 1. p. 97. Cladium culmo nodoso, flor. quasi umbellatis, umbellis gradatim assurgentibus. Brown. jam. 114. In humidis Jamaicae. ℔

31. *Restioides*, culm. inferne compresso - anticipitibus glaberrimis, flor. paniculatis, vaginis apice lanceolatis. Swartz prod. 19. et Flora. p. 104. In India occidentali. A caeteris differt habitu.

32. *corymbosus*, culm. folioso triquetro, pedunc. corymbosis, inferib. alternis distantibus, superiorib. confertis. Swartz prod. 19. et Flora Ind. occid. 1. p. 99. Willd. p. 266. Rottb. 68. t. 21. f. 1. (S. surinamensis.) Scirpus *corymbosus*. Lin. Willd. sp. 1. p. 308. Fol. vaginae ventricosae, uno latere mucrone obtuso, altero fol. longissimo lineari instructae. R. Hab. in utraque India, in montosis.

33. *rugosus*, culm. triquetro folioso, pedunc. corymbosis distantibus, spicul. ovatis acutis, sem. undulato - rugosis. Vahl Eclog. Amer. 2. Hab. in Amer. meridionali. Anteced. affinis.

34. *polyphyllus*, culm. triquetro folioso, fol. carinatis, dorso marginibusque scabris, spicis decompositis axillarib. Vahl. l. c. Hab. in Montserrat. S. Marisco simili.

35. *polycephala*, culm. triquetro folioso, pedunc. axillaribus et terminalib. capitulis plurimis globosis: intermedio sessili. S. triceps. Vahl. L. c. S. Holoschoenoides Rich. in Act. Soc. nat. Paris. 1. p. 106. Hab. in Amer. meridionali et Cajenna. Capit. ad 10-12.

36. *laevis*, culm. trigono folioso, capitulis lateralibus, glumis mucronatis, spicis ovatis. Thunb. prod. 17. Ad Cap. b. spei.

37. *lanceus*, culm. trigono folioso, spicis paniculatis lateralib. glumis spiculisque lanceolatis. Thunb. prod. 17. Ad Cap. b. spei.

38. *albus*, culm. subtriquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. setaceis, involucro flor. subaequali aut nullo. Fl. suec. 34. Fl. dan. 320. Roth. germ. II. p. 49. Hab. in Europae et Americae paludibus turfosis. ℔

39. *sparsus*, culm. folioso triquetro, paniculis multifloris, spiculis sparsis, ovatis, minutis, semine transverse rugulose. Michaux Flora 1. p. 35. Hab. in umbrosis Carolinae. Styl. bifidus.

40. *longirostris*, culm. triquetro, umb. foliosis, spicul. fasciculatis, semine compresso: mucrone longissimo. Michaux. l. c. In Virginia et Carolina. Fol. lata. Setulae periapermae 6, subulatae.

41. *inexpansus*, culm. obsolete triquetro, paniculae remotae ramulis approximato-erectis, spiculis fusiformib. Michaux. l. c. Sem. suboblongum, mucrone brevi, setul. 6. Panic. contracta.

42. *rariflorus*, culm. fol. setaceis, paniculis pauci floris; spiculis ovatis, turgidis, sem. obovato rugoso. Michaux. l. c. Panic. parvulae, spicul. pedicellatae.

43. *capitatus*, culm. triquetro, capitul. alternis, spicul. oblongis, semine stipitato, setulis retrorsum muricatis. Michaux. p. 36. Fol. angusta. Capit. interdum geminata. Sem. obovatum. M.

44. *ciliaris*, fol. linearib. obtusiusculis, bracteis ciliatis, semine lentiformi. Michaux. l. c. Hab. in Florida. Flor. fascic. terminales. Setulae brevissimae sursum hispidulae. Spic. dorso pubentes.

45. *distans*, flor. fasicul. subcapitatis lateralibus: spiculis. remotis, ovatis glabris, sem. lentiformi setul. longitudine. Michaux l. c. Hab. in Carolina.

46. *fascicularis*, flor. fascicul. lateralibus et terminali, bract. brevibus; spic. oblongis: squamis mucronatis, setulis semine laevi duplo longioribus. Mich. l. c. p. 37. Hab. in Carolina.

47. *gracilis*, culm. triquetro folioso longissimo filiformi, spicis lateralibus pedunculatis tereti-linearib. Swartz prod. 19. Ej. Flora p. 109. In Jamaica.

48. *setaceus*, culm. triquetro debili, fol. alternis distantib. setaceis, spiculis aggregatis, flosc. diandris. Swartz, prod. 20. Willd. sp. 268. Roth. fas. 1. t. 21. f. 2. *Triodon* Richard ob. sem. 3-dentata, glumas aristatas et stam. 2. In pratis Jamaicae et Surinami.

49. *pusillus*, culm. triquetro nudo filiformi, spicul. terminalib. subfasciculatis sessilib. foliolo subjecto, spicam aequante. Swartz. prod. 20. Ej. Icon. fasc. 1. p. 7. tab. 6. et Fl. p. 112. In graminosis montium Jamaicae australis. Sem. scabrum.

122. CYPERUS. *Gluma* paleacea distiche imbricatae. *Cor.* 0. *Sem.* 1, nudum. Spicula compressa.

* *Culmo tereti.*

1. *minimus*, culm. capillari apica solitaria geminaque, involucro monophyllo. Thunb. prod. 18. Willd. sp. 1. p. 269. Scirpus setaceus ♂. Roth. gram. 47. t. 15. f. 4. Pluk. 176. t. 300. f. 4. 5. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 120. t. 75. f. 3. In Jamaica, Africa.

2. *setaceus*, culm. setaceis stricto-angulosis nudis, spica terminali subquadrifora nuda. Retz obs. 5. p. 10. In graminosis humidiusculis Calcuttae.

3. *arenarius*, culm. compresso nudo, spicis capituli glomeratis sessilibus, involucro submonophyllo. Retz. obs. 4. p. 9. Pluk. almag. 178. t. 300. f. 7. In arena mobili Indiae orientalis. ♄

4. *proliferus*, culm. tereti, capitulo globoso prolifero. Thunb. prod. 18. Roth. p. 55. t. 17. f. 2. In Cap. b. spei. ♄

5. *effusus*, culm. tereti subligneo; umbrara, spicis conglomeratis, involucro subulato triphyllo. Roth. p. 22. t. 12. f. 3. Ad Meccam in Arabia.

6. *articulatus*, culm. tereti nudo articulato Sp. pl. 66. Roth. p. 26. Vahl. symbol. p. 7. C. niloticus. Forsk. Sloan. jam. 36. p. 121. t. 81. f. 1. In Jamaicae, Aegypti, Indiae rivulis. ♄

7. *marginatus*, culm. tereti aphyllo, umb. composita, spicul. oblongis brunneis. Thunb. prod. 18. In Cap. b. spei. ♄

8. *complanatus*, culm. compresso plano nudo, umb. composita involucro diphyllo, partiali brevissimo polyphyllo, foliolis setaceis basi membranaceis. Willd. spec. 1. p. 270. Scirpus complanatus Retz. obs. 5. p. 14? Hab. in Java. Spiculae brunneae. Singulare gramen, culmo foliaceo lato compresso. W. ♄

9. *texilis*, culm. tereti, umb. decomposita, involucro dodecaphyllo laevi breviore spiculis oblongis. Thunb. prod. 18. In Cap. b. spei. rivulis. ♄

10. *compactus*, culm. tereti folioso, umb. decomposita, involucro pentaphyllo, spiculis congestis subspiralibus. Retz. obs. 5. p. 10. Hab. in China.

11. *atropurpureus*, culm. tereti subfolioso retrorsum scabro, fol. subulatis canaliculatis. C. *striatus*, Flor. peruv. 1. p.

47. Hab. in collib. aridis *Tarmae* oppidi. Glum. ovatae, atropurpureae. Fol. vaginantia, ad medium inferne margine ciliata. Flor. fine hyemis.

** *Culmo triquetro, spiculis simplicibus.*

12. *distachyos*, culm. triquetro filiformi basi folioso, spicis binis sessilibus involucro brevioribus. Willd. l. c. p. 272. Hab. in Italia. Culmus basi folio unico gramineo angusto instructus. W.

13. *triflorus*, culm. triquetro nudo, umbel. tristachya, intermedia sessili, spiculis laevigatis. Mant. 180. Schoenus cyperoides. Retz. obs. 4. p. 8. In pascuis aridis Indiae. Involuc. diphyllum.

*** *Culmo triquetro, umbella glomerata sessili.*

14. *nanus*, culm. triquetro setaceo, umb. sessili capitata involuc. diphyllo, glumis nervosis. Willd. l. c. Pluk. t. 417. f. 8. Hab. in Guinea.

15. *filiformis*, culm. triquetro nudo filiformi, fol. setaceis, spicis terminalibus sessilib. confertis tereti-subulatis. Swartz. prod. 20. Ej. Flor. p. 120. In Jamaicae austral. nemorosis.

16. *dubius*, culm. setaceo triquetro, capitulo terminali, involucro tetraphyllo longissimo. Rottb. 20. t. 4. f. 5. Willd. p. 273. Cyperus leucocephalus. Retz. obs. 5. p. 11. In Malabaria.

17. *capitatus*, culm. subanguloso striato medio folioso, capitulo terminali triphyllo, spicis sessilibus. Retz obs. 4. p. 9. Hab. in India?

18. *niveus*, culm. triquetro filiformi nudo, umb. terminali sessili diphylla, spicis compressis lanceolatis. Retz. obs. 5. p. 12. In nemorosis ad Midnapour, Tschandrancona Indiae. ♃

19. *pannonicus*, cespitosus, culm. obsolete triquetro prostrato, spicis subquaternis subovatis sessilibus. Ait. Kew. 1. p. 79. glumis lateralibus sphacelatis Lin. suppl. 103. Jacq aust 5. p. 29. app. t. 6. In Austria, Hungaria. ⊙

20. *junciformis*, culmo subtereti, spiculis aggregatis; spatha diphylla: foliolo altero spiculis breviore. Desf. atl. t. 7. f. 1. Cavan. ic. 3. p. 2. t. 204. f. 1. Hab. in Barbaria et Hispania. Spiculae nigrae. Cav.

1. *alpina*. Jacq. aust. t. 13. Curt. mag. t. 49. S. foliis reniformibus sublobatis. Sch. bohem. 1. 2. n. 147. β. Clusii, fol. reniformibus integerrimis. Schmidt. bohem. 1. n. 148. Hab. in alpibus.

383. DODECATHEON. *Cor.* rotata, reflexa. *Stam.* tubo insidentia. *Caps.* 1-locularis, oblonga.

1. *Meadia*, foliis oblongo-ovalibus den-

tato-repandis, umbellis multifloris laxis, bracteis ovalibus. Michaux Flor. 1. p. 123. Trew. Ehret. t. 12. Meadia. Catesb. car. 3. t. 1. Hab. in Virginia. ℔

2. *integrifolium*, fol. subspathulatis integerrimis, umbellis pauciforis strictis, bracteis linearibus. Michaux, l. c. Pluck. alm. t. 79. f. 6 In montibus Alleghanis juxta rivulos sylvaticos.

384. CYCLAMEN. *Cor.* rotata, reflexa, tubo brevissimo : fauce prominente. *Bacca* tecta capsula.

1. *coum*, fol. orbiculatis cordatis integerrimis. Aiton. Kew. 1. p. 195. Curt. mag. t. 4. Hab. in Europa australi. ℔

2. *europaeum*, fol. orbiculatis cordatis crenatis Ait. p. 196. Jacq. aust. 5. p. 1. t. 401. Engl. bot. t. 217. Hab. in Silesiae, Bohemiae, Austriae, Barbariae sylvis umbrosis montosis. Rad. tuberosa magna. Scapi, germine impraegnato, spiraliter contorquentur fructumque in terra recondunt. Smith.

3. *persicum*, foliis oblongo-ovatis cordatis crenatis. Aiton. l. c. Curt. mag. t. 44. In insula Cypro. ℔

4. *hederaefolium*, foliis cordatis angulatis denticulatis. Aiton. l. c. Lob. ic. 605. Swert. florileg. t. 59. Hab. in Italia. ℔

5. *indicum*, corollae limbo nutante. In Zeylona. ℔

385. MENYANTHES. *Cor.* hirsuta. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* 1-locularis, (in Plant. emersis 2-valvis : valvul. medio placentiferis ; in natantibus ruptilis. Michaux.)

1. *nymphoides*, foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. L. Flor. dan. t. 339. Waldschmidia nymphoides. Corolla 5-fida. Glandul. ad basin germinis. Pepo 1-locularis. Semina ciliata. Hayne in Schr. bot. Journ. 1800. p. 14. Hab. in Europae australioris aquis stagnantibus, fossis majoribus. ℔

2. *trachysperma*, cor. glabra, laciniis integris, stylo subnullo, seminibus vesiculosis scabris. Michaux. p. 126. Villarsia aquatica. Gmel. S. N. Lin. 2. p. 447. Vent. Choix des Plant. p. 9. Habit. in America boreali. An distinctum genus?

3. *ovata*, fol. ovatis petiolatis, caule paniculato. Lin. suppl. Houttuyn t. 47 f. 1. Vent. l. c. t. 9. Hab. in aquis Cap. b. spei. ℔

4. *indica*, fol. cordatis subcrenatis, petiolis floriferis, corollis interne pilosis. L. Sloan. Cat. 121. hist. t. 252. Rumph. 6. t. 72. f. 3. Hab. in Malabariae, Zeylonae, Cap. b. spei, Jamaicae fossis. ℔

5. *trifoliata*, corollis superne dense barbatis, foliis ternatis. Flor. dan. t. 541. Curt. Lond. ic. Engl. bot. t. 495. β. minor. Mich. Flor. 1. p. 125. Hab. in Europae et Americ. aquosis et palustribus. Fl. Hyacinthoidei. ℔

386. HOTTONIA. *Cor.* hypocrateriformis. *Stamina* tubo corollae imposita. *Stigm.* globosum. *Caps.* 1-locularis.

1. *palustris*, flor. verticillatis pedunculatis. Willd. Sp. p. 812. Flor. dan. t. 487. Hab. in fossis. ℔

2. *sessiliflora*, flor. verticillatis sessilibus. Vahl. symbol. 2. p. 36. Hab. in India.

3. *indica*, pedunculis axillaribus solitariis, fol. multifidis Pet. gaz. Erica africana equiseti folio. Seb. mus. 2. t. 37. f. 5. Burm. zeyl. t. 55. f. 1. Rheed. 12. t. 36. Habit. in India.

4. *serrata*, pedunc. axillaribus solitariis, foliis lanceolatis tenuissime serratis. Willd. sp. 2. 814. Hab. in India. Caulis subramosus. V.

387. CORIS. *Cal.* ventricosus : dentibus subspinosis. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Caps.* 5-valvis, calyce cincta. *Sem.* plurima.

1. *monspeliensis*, Linn. Willd. 2. p. 1000. Vill. 2. p. 464. Lam. ill. t. 202. Hab. in Europae australis maritimis. Cor. purpureae. Fol. ( superiora ) spinulosa. Var. foliis omnibus denticulato - spinosis, vid. Lam. ill. t. 202. An species distincta ?

388. SAMOLUS. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida squamis interstincta. *Stam.* tubo inserta. *Caps.* seminifera, 1-locularis, 5-dentata, polysperma.

1. *Valerandi*, caule erecto, fol. obtusis, racemo multifloro. Smith. brit. 1. p. 259. Flor. dan. t. 198. Curt. Lond. ic. Hab. in paludosis, maritimis, locis salsosis per omnem terrarum orbem. ℔

2. *repens*, parvula repens. Sheffeldia repens. Lin. suppl. p. 135. Forst. gen. p. 18. t. 9. Willd. sp. p. 833. Hab. in N. Zeeland. et insula Paschatis. Pepli Portulacae similis. ℔

389. LYSIMACHIA. *Cor.* rotata. *Caps.* globosa, mucronata, 10-valvis. (Filam. in quibusdam basi connata.)

* *Pedunculis racemosis.*

1. *vulgaris*, foliis terpis ovatis lanceolatis, racemis terminalibus. Flor. dan. t. 689. Curt. Lond. ic. Willd. sp. 1. p. 816. Hab. ad ripas et paludes. Var. fol. 4. ♆

2. *decurrens*, racemis simplicibus terminalibus, corollae segmentis obtusis, staminibus corolla longioribus. Forst. prod. n.° 65. Hab. in insula Tanna.

3. *Ephemerum*, racemis terminalibus, petalis obovatis patulis, fol. lineari-lanceolatis sessilibus. Act. Kew. 1. p. 198. Murr. Comment. goett. 1789. p. 9. t. 2. Till. pis. 106. f. 42. f. 2. Hab. in Media, Sibiria. Differta sequente foliis subtus fusco-punctatis. ☉

4. *atropurpurea*, spicis terminalibus, petalis lanceolatis, staminibus corolla longioribus. L. Comm. rar. 33. t. 33. Hab. in Oriente. ☉

5. *dubia*, racemis terminalibus, petalis conniventibus, stam. corolla brevioribus, fol lanceolatis petiolatis. Ait Kew. 1. p. 199. Lysimachia atropurpurea. Murr. l. c. p. 6. t. 1. Buxb. cent. 1. t. 33 Cum priore ♂

6. *angustifolia*, glaberrima ramulosa, fol. oppositis verticillatisque longo-linearib. punctatis, racemo terminali brevi, petalis oblongis. Michaux Flor. 1. p. 128. L. stricta. Ait. Willd. sp. 2. p. 818? Hab. in Carolina inferiore?

7. *racemosa*, glaberrima elata, foliis ovali-lanceolatis oppositis punctatis, racemo terminali longissimo laxo, petalis oblongo-ovalibus. Michaux, Lam. ill. p. . Pluck. Amalth. t. 428. f. 4? Hab. in New-York. Cor. uti in priore flava. ♆

8. *thyrsiflora*, racemis lateralibus pedunculatis. L. Flor. dan. t. 517. Naumburgia guttata. Moench. meth. suppl. p. 23. ob stam. libera. Hab. in Eur. borealis palndib. inque alpibus australioris, et America? cfr. Michaux, Flor. p. 127. ♆

** *Pedunculis unifloris.*

9. *quadrifolia*, foliis quaternis petiolatis, pedunc. quaternis unifloris L. Pet. Gaz. 5. t. 2. f. 5. ♆? *hirsuta*, caule hirsuto, foliis subsessilibus 3-4-nis oppositisque ovalibus punctatis, pedunc. 4-nis, petalis integris. Michaux, Flor. 1. p. 127. Hab. in Canada. β. in Carolina.

10. *ciliata*, foliis petiolatis subcordato-ovalibus margine subpulescentibus: petiolo ciliato, flor. cernuis, pedicel. subgeminis, petalis rotundatis crenulatis. Michaux. Flor. 1. p. 126. Willd. sp. 2. 819. Wach. hort. t. 12. Hab. in New-York et Connecticut.

11. *hybrida*, glabra, fol. oppositis longe petiolatis lanceolatis, petiolo ciliato, flor. cernuis, petalis crenulatis. Michaux p. 127. L. *angustifolia*, foliis lineari-lanceolatis basi ciliatis, pedunc. filiformibus 1-floris, cor. dentatis. Willd. in N. Act. Soc. Berol. v. 3? Hab. in Carolina, Pensylvania.

12. *heterophylla*, gracilis, foliis oppositis, imis suborbiculatis breviter petiolatis; superioribus linearibus sessilibus basi subciliatis, flor. cernuis. Michaux l. c. Hab. in Georgia.

13. *punctata*, fol. subquaternis subsessilibus, pedunc. verticillatis unifloris. Linn. Jacq. aust. t. 366. Habit. in Holland. inter arundines, et in Helvetia, Sibiria, Carniolia. Petala maculis fulvis punctata. ♆

14? *Linum stellatum*, calyc. corollam superantibus, caule erecto ramosissimo. L. Magn. Monsp. 163. t. 162. Hab. in Galliae et Italiae collibus Parva, 2-3-pollicaris. Cor. 5-fida. Fructus 5-valvis.

15. *nemorum*, fol. ovatis acutis, floribus solitariis, caule procumbente. Linn. Flor. dan. t. 174. Anagallis lutea nemorum. Bauh. Hab. in nemoribus roridis. Anagallidem refert: fol. subtus quoque punctata, sed caps. differt.

16. *japonica*, fol. subcordatis, floribus axillaribus subbinis, pedunc. folio brevioribus. Thunb. jap. p. 83. Habit. in Japonia. ☉

17. *Nummularia*, fol. subcordatis, floribus solitariis, caule repente. Lin. Flor. dan. t. 493. Hab. in pascuis humidis et in umbrosis. ♆

390. LUBINIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocraterif.: limbo plano 5-partito equali. *Filam.* medio tubi adnata. *Stigm.* obtusum. *Caps.* 1-locularis, polysperma, mucronata.

1. *spathulata*. Vent. Hort. Cels. p. 96. t. 96. Lysimachia mauritiana. Lam. Willd. p. 820. Hab. in insula Mauritiae. Habitu Conv. tricoloris. Folia alterna. Caps. non sponte dehiscit, sed compressione 2-4-valvis. Vent. 5-valvis. Lam. ♂

391. ANAGALLIS. *Cor.* rotata. *Filam.* hirsuta. *Caps.* circumscissa.

1. *arvensis*, caule diffuso nudo, petalis integris planis margine pilis capitatis. A. arvensis. L. Willd. sp. 2. p. 821. A. mas. Vill. Dauph. 2. p. 461. Blackw. t. 43. Engl. bot. t. 529. In arvis.

2. *caerulea*, caule erectiusculo subulato, petalis dentatis demum reflexis. A. caerulea. Schreb. A. femina. Vill. Cresc. cum antecedente, sed minus frequens. Praeter color. caeruleum floris, caulis insuper minus ramosus est. Folia sursum angustiora, subtus magis punctata.

3. *ovalis*, caule erecto, foliis ovalibus cum brevi acumine, florib. subsessilibus. Flor. Per. 2. p. 8. t. 115. f. a. Hab. in Peruviae collibus arenosis. Pusilla. Flores axillares. ⊙

4. *alternifolia*, fol. oblongo-ovatis alternis, flor. axillaribus longe pedunculatis. Cav. ic. 6. p. 3. t. 505. f. 2. Hab. in humidis Concep. Chili. Fol. glauco-viridia venosa. In Gonorrhea a Chilensibus adhibetur. C.

5. *pumila*, caule erecto, fol. subrotundis acutis sessilibus. Swartz. ind. occid. 1. p. 345. Hab. in Jamaicae montibus altis, locis paludosis. ⊙

6. *Monelli*, fol. lanceolatis, caule erecto, herbaceo. Schousb. Mar. p. 78. β 7A. verticillata erecta, fol. caulinis verticillatis, axillis foliorum in caule et ramis florigeris. Allion. ped. n.° 318. t. 85. f. 4. Hab. in Italia et Barbaria. Flor. coerul. ⊙

7. *collina*, fol. lanceolatis, caule diffuso basi lignoso (fruticoso). Schousb. l. c. Hab. in Barbaria. Cor. phoenicea.

β ? *orientalis*, caule basi lignoso, flor. rubris. Similis arvensi, sed major et perennis. Ad eadem ac *collina* ? colitur apud Cels.

8. *latifolia*, fol. cordatis amplexicaulibus, caule compresso. Lin. In Hispania. Cor. caerulea. Caulis erecto-patens, brachiatus, quadrangularis: angulis oppositis, triplo latioribus. L.

9. *linifolia*, fol. linearibus, caule erecto. L. Hab. in Lusitania, Hispania.

10. *tenella*, fol. subrotundis acutiusculis, caule repente. Linn. Curt. Lond. ic. Engl. bot. t. 510. Iraseka alpina. F. W. Schmidt. Obs. bot. in Usteri annal. bot. 2. p. 124. Hab. in Galliae, Angliae, Germaniae, Italiae ericetis humidis. ♄

11. *crassifolia*, caule repente stolonifero, foliis subrotundis, pedunc. axillarib. 1-floris. Thore chloris du Département des Landes. p. 62. Hab. prope Dax in uligi n sis, turfosis. Cor. alba. Filam. hispida basi coalita. Lysimachiis affinis.

392. DORÆNA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 1-petala, 5-fida. *Stigma* emarginatum. *Caps.* supera, 1-locularis, 1-valvis, polysperma.

1. *japonica*. Thunb. jap. p. 84. Hab. in Japonia. Fol. oblonga, alterna. Flor. racemosi. ♄

393. BACOPA. *Cal.* 5-partitus inæqualis. *Cor.* rotata: tubo staminifero. *Stigma* capitatum. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

1. *aquatica*. Aubl. Guian. p. 120. t. 49. Lam. ill. p. 445. t. 102. Willd. Sp. 2. p. 84. Hab. in Cayenna. Fol. opposita lanceolata. Pedunc. axillares.

394. BASSOVIA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* rotata. *Bacca* ovata, nodulosa. *Sem.* marginata, nidulantia.

1. *sylvatica*. Aubl. 1. p. 217. t. 85. Lam. ill. t. 102. Willd. 2. p. 1065. In sylvis Guianae humidis. Folia alterna pedunculi axillares. ♄

395. SPHENOCLEA. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-fida, cal. minor. *Caps.* compressa, 2-locularis, circumscissa. *Sem.* numerosa, subteretia.

1. *zeylanica*. Gaertn. de fruct. et sem. 1. p. 115. t. 24. f. 5. Willd. sp. p. 927. Pongatium indicum. Lam. ill. p. 44. Gaertnera. Retz. Rheede. 11. t. 24. Habit. in Indiae humidis. ⊙

† *Genera ericoidea s. bicornia, pentandra* (gen. 396-404.)

396. POIRETIA. *Cal.* 5-partitus, imbricatus persistens. *Cor.* 5-petala. *Stam.* receptaculo inserta. *Anth.* connatae. *Caps.* 5-locul., 5-valvis, dissepimentis e medio valvularum.

1. *cucullata*. Cav. ic. 4. n. 378. t. 343. Sprengelia incarnata. Smith. Act. holm. 1794. p. 260. t. 8. W. sp. 2. p. 843. Andrews. t. 2. Hab. in Nova Hollandia. Frutex bipedalis, rigidus.

397. EPACRIS. *Cal.* duplex: exterior imbricatus. *Stigma* capi-

tatum. *Germ.* cinctum squamulis 5. *Caps.* 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, polysperma. *Cav.*

1. *longiflora*, foliis cordato-ovatis rigidis apice subspinoso, flor. tubulosis elongatis. Cav. ic. 4. p. 25. t. 344. Corolla punicea.

*Obs.* Omnes hujus generis species in Australasia, seu Nova Hollandia aut Zeelandia praesertim prope oppidum Jackson lectae sunt, etiam omnes frutices sunt.

2. *pulchella*, fol. imbricatis cordatis: acumine rigido, flor. axillaribus tubulosis, calycem aequantibus. Cav. l. c. p. 26. t. 345. Corolla rubens.

3. *pungens*, fol. ovatis imbricatis rigidis: acumine spinaeformi, cal. exteriore conico. Cav. t. 346. Cor. tubus rubescens: limbo albo.

4. *spuria*, fol. ovato-mucronatis: limbo revoluto, flor. axillaribus subternis. Cav. 2. p. 27. t. 347. f. 1. An diversa a sequente?

5. *grandiflora*, fruticosa, foliis ovatis acuminatis mucronatis recurvatis, floribus axillaribus. Willd. sp. p. 834. Hab. in Nova Hollandia. ♄

6. *pumila*, herbacea? fol ovato-oblongis imbricatis: florib. sessilibus subsolitariis terminalibus. Forst. l. c. Lin. suppl. 138. Hab. in Nova Zeelandia. ♄

7. *longifolia*, arborea, fol. lineari-lanceolatis basi vaginantibus, racemis erectis articulatis lateralibus. Forst. prod. n. 68. Lin. suppl. p. 138. Hab. in N. Zeelandia. ♄

8. *rosmarinifolia*, fruticosa, fol. linearib. obtusis rigidis vaginantib.: flor. solitariis lateralibus. Forst. Hab. in N. Zeelandia. ♄

9. *villosa*, foliis linearibus imbricatis, ramis villosis, flor. axillaribus. Cav. t. 347. f. 2. Cor. lacin. intus tomentosis.

398. STYPHELIA. *Cal.* imbricatus. *Cor.* tubulosa, 5-fida: laciniis saepe revolutis hirsutis aut glabris. *Nect.* membranaceum, lacerum, germen cingens. *Stigma* capitato-5-fidum. *Stam.* fauci inserta. *Drupa* 5-locularis: locul. 2-spermis.

1. *tubiflora*, corol. clavata longissima: limbo revoluto hirsuto, florib. axillaribus solitariis, fol. obovato-linearibus. Smith. Nova Holl. 1 p. 45. t. 14. Willd. sp. 2. p. 835. Crescunt omnes species in Nova Hollandia seu Australasia et ♄ sunt.

2. *trifiora*, foliis imbricatis ovatis mucronatis glaucis, flor. axillaribus ternis. Andrew. Repos. t. 72. Cor. longissima, rubescens, apice flava.

3. *ericoides*, cor. limbo patente hirsutissimo racemis axillaribus brevissimis erectis, fol. lanceolato-ellipticis revolutis. Smith. l. c. p. 48.

4. *strigosa*, corollae limbo patente imberbi: fauce pilosa, racemis axillaribus brevissimis erectis, fol. subulatis. Smith.

5. *scoparia*, cor. limbo concaviusculo imberbi, racemis axillaribus brevissimis recurvis, fol. lineari-lanceolatis. Smith.

6. *daphnoides*, corollae limbo patente subpubescenti, florib. axillaribus solitariis, foliis ellipticis concaviusculis. Smith. l. c.

7. *Gnidium*, cor. limbo reflexo hirsuto, spicis terminalibus solitariis ovatis, foliis lineari-lanceolatis sparsis. Hort. Malmaison. p. 23. t. 23.

8. *lanceolata*, cor. limbo revoluto hirsuto, racemis aggregatis terminalibus, foliis linearis-lanceolatis. Smith. Ardisia acerosa Gaert. sem. 2. p. 78. t. 94? Epacris juniperina. Lin. suppl. p. 138.

9. *elliptica*, cor. limbo patente imberbi, racemis aggregatis subterminalibus, fol. lanceolato-ellipticis. Smith.

10. *juniperina*, arborea, foliis sparsis linearibus cuspidatis serrulatis, flor. sessilibus solitariis terminalibus. Forst. prodr. n. 71. sub genere Epacris.

* *procumbens*, caule procumbente, fol. linearis-lanceolatis imbricatis ciliatis, flor. axillaribus solitariis. Ventenatia procumbens. Cav. ic. 4. p. 28. t. 349. f. 1. Fol. nervis parallela.

* *humifusa*, fol. linearibus sparsis numerosis, floribus axillaribus. Cav. l. c. t. 348. Caulis ramosissimus.

*Obs.* Forsitan duae hae species ab enumeratis non diversae, quare stellulas apposui. Hoc genus ab Epacri fructu tantum differt.

399. PEROA. *Cal.* duplex: exterior triphyllus. *Cor.* hypocrateriformis: lacin. acutis tomentosis. *Germ.* ovatum nudum. *Stigm.* simplex. *Caps.* ovata, 1-locularis, 1-sperma. *Sem.* oblongum.

1. *microphylla*, caule fruticoso, foliis ovatis imbricatis, flor. terminalibus. Pero-

108. Cav. ic. 4. p. 29. t. 349 f. 2. Copiose inter Jackson et Botany-Bay. Differt ab Epacri stigm. simplice, squamularum circa germen defectu et fructu 1-spermo. C.

400. PYXIDANTHERA. *Cal.* 5-partitus : laciniis incumbentibus palæaceo-membranaceis. *Cor.* campanulata, 5-partita. *Filam.* lamellata. *Anth.* loculis subglobosis circumscissis. *Styl.* crassus. *Stigm.* 3. *Caps.* .

1. *barbulata*, fol. cuneato – lanceolatis acutis basi interna barbulatis. Michaux, Fl. 1. p. 152. Hab. in Carolina superiore. Pusilla repens, Azaleæ *procumbentis* habitu. ☈

401. BÆOBOTRYS. *Cor.* tubulosa, 5-fida. *Cal.* duplex, superus; exterior 2-phyllus; inferior campanulatus, 5-dentatus. *Bacca* 1-locularis, polysperma. (Cal. squamula duplici infra persistente cinctus. Juss.)

1. *nemoralis*, fol. ovato-dentatis. Vahl. symb. 1. p. 19. Willd. sp. p. 992. Maesa. Forsk. Juss. Hab. in insula Tanna. ♄

2. *lanceolata*, foliis lanceolatis serratis. Vahl. l. c. t. 6. Maesa Forsk. Juss. gen. p. 180. In montibus Arabiæ felicis. Racemi supradecompositi, axillares. ♄

402. ARGOPHYLLUM. *Cal.* 5-fidus, semisuperus. *Cor.* 5-partita. *Nec.* 5. tubus interior, 5-gonus, pyramidatus truncatus. *Caps.* semiinfera, 3-locularis, 3-fariam dehiscens; polysperma.

1. *nitidum*. Lin. suppl. p. 22. Lam. ill. 2. p. 1. t. 111. Hab. in Nova Caledonia. Frutex sericeus. Flores paniculati.

403. BROSSÆA. *Cal.* carnosus superus. *Cor.* conica truncata. *Caps.* 5-sulca, 5-locularis, tecta calyce persistente, 5-fissuris pervia. J.

1. *coccinea*. Lin. Plum. gen. 7. ic. 64. f. 2. Hab. in America calidiore. Frut. multicaulis. Flores solitarii.

404. CYRILLA. *Cal.* minutus subturbinatus, 5-partitus, superus. *Petala* 5, stellatim patentia (rigidula). *Styl.* 2-fidus. *Bacca* (Caps. L.) exsiccabilis, 2-locularis. *Sem.* solitaria funiculo appensa. M.

1. *caroliniana*, foliis lanceolato-cuneatis acutis membranaceis nervosis. Michaux Flor. 1. p. 158. C. racemiflora. Linn. Itea cyrilla L'Herit. Stirp. t. 66. Jacq. ic. rar. t. 47. Hab. in Carolina. Petala pedicello longiora. M. ♄

2. *antillana*, foliis cuneato – oblongis obtusis coriaceis subtus enerviis. Michaux, l. c. In ins. Antil. Spicæ crassiores. ♄

405. ITEA. *Cal.* 5-fidus campanulatus. *Petala* 4, linearia reflexo-patentia, cal. inserta. *Stigma* capitatum, bilobum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis : valvis margine introflexo seminiferis. M.

1. *virginica*, foliis serratis, spicis pubescentibus. Michaux Flor. 1. p. 157. Hab. in Virginia.

*Obs.* Etiam ordine naturali, qui *saxifrageæ*, a priore genere, quocum ab aliquibus conjuncta, differt. Richard apud Michaux. l. c.

406. PLUMBAGO. *Cal.* oblongus glanduloso-scaber. *Cor.* infundibulif. *Stam.* squamis basin cor. claudentibus inserta. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1, oblongum, tunicatum.

1. *europæa*, foliis amplexicaulibus lanceolatis scabris (rigidis), caule stricto. Willd. sp. 2. p. 837. Habit. in Europa australi et in Peruvia. Fl. tinctoria videtur. ☈

2. *lapathifolia*, foliis amplexicaulibus lanceolatis lævibus, caule divaricato. Willd. Hab. in Iberia. Similis præcedenti. ☈

3. *capensis*, foliis petiolatis oblongis integris subtus glaucis, caule erecto. Th. prod. 33. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *zeylanica*, foliis petiolatis ovatis glabris, caule filiformi. Lin. Rheed. 10. t. 8. Hab. in India. ♄

5. *rosea*, fol. petiolatis ovatis glabris subdenticulatis, caule geniculis gibbosis. Linn. Rumph. 5. t. 168. Hab. in India. ♄

6. *scandens*, foliis petiolatis ovatis glabris, caule flexuoso scandente. Lin. Sloan. 1. p. 211. t. 133. f. 1. Hab. in America calidiore. ♄

7. *auriculata*, fol. ovato-oblongis petiolatis subtus squamoso-punctulatis, petiolis auriculatis caulem amplexantibus, Lam. enc. 2. p. 267. Hab. in India. ♄

407. WEIGELIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* infundibuliformis. *Styl.* e basi germinis. *Stigma* peltatum. *Sem.* 1.

1. *japonica*, fol. sessilibus ovato-lanceolatis. Thunb. in Act. Soc. Lin. 2. p. 331. Ej. Flor. jap. t. 16. Willd. sp. p. 836. Hab. in Japonia. ♄

2. *coraeensis*, fol. petiolatis obovatis. Thunb. l. c. Kaempf. ic. select. t. 45. Cum priore. ♄

408. ABRONIA. *Cal.* o. *Cor.* infera, hypocrateriformis, supra germen coarctata. *Sem.* 1, 5-angulare, cor. basi indurata tectum.

1. *umbellata*. Lam. ill. p. 469. t. 105. Tricratus admirabilis. L'Herit. Willd. sp. 2. p. 807. Hab. in Californiae maritimis. Fl. capitato-umbellati.

409. MIRABILIS. *Cor.* infundibuliformis, inferne coarctata, supera. *Cal.* inferus. *Nectarium* globosum, germen includens. *Stigma* globosum. *Nux* infra corollam, striata.

1. *dichotoma*, flor. sessilibus axillarib. erectis solitariis. Lin. Willd. sp. 2. p. 999. Admirabilis. Clus. hist. 2. p. 90. Habit. in Mexico. ☥

2. *Jalapa*, flor. congestis pedunculatis, fol. glabris. Willd. Batsch. anal. plant. 2. p. 34. Hab. in Indiis utraque. Flor. flavi, rubri, alii, vespera explicantur.

3. *longiflora*, flor. congestis longissimis subnutantibus terminalibus, foliis subvillosis. Lin. Act. holm. 1753. p. 176. t. 6. f. 1. Habit. in Mexici frigidis montibus. ☥

410. FABIANA. *Cor.* infundibuliformis, limbo plicato revoluto; *Tubus* longissimus. *Stam.* inæqualia. *Stigma* emarginatum. *Caps.* bilocularis, 2-valvis.

1. *imbricata*, fol. imbricatis ovatis minimis. Flor. Per. 2. p. 12 t. 122. Habit. in Regni Chilensis campis et ripis arenosis. Resinosa, Tamaricis habitu. ♄

411. NIEREMBERGIA. *Cor.* subhypocrateriformis: tubo longissimo; fauce coarctata plicata. *Stam.* inæqualia, superne adpressa. *Stigma* bilobum. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis.

1. *repens*. Flor. Per. 2. p. t. 123. f. 1. Habit. in Regni Chilensis campis apricis et pascuis arenosis. Conceptionis. Herbacea, pedalis. Convolvulacea?

412. XUARESIA. *Cor.* rotata. *Stigm.* compressum. *Caps.* bilocularis, 2-valvis: valvis bifidis.

1. *biflora*, fol. lanceolatis superne serratis, flor. geminis. Flor. Peruv. 2. p. 13. t. 123. f. 2. Caparis peruviana. Fewill Peruv. 2. p. 763. t. 48. In Peruviae arenosis, ripis et argillosis. Ab incolis loco Theae adhibetur. ♄

413. PORANA. *Cor.* campanulata. *Cal.* 5-fidus, in fructu maior. *Styl.* semibifidus, longior, persistens. *Stigmata* globosa. *Per.* bivalve.

1. *volubilis*. Burm. ind. 51. t. 21. f. 1. Willd. Sp. p. 843. Lam. ill. t. 186. In India orientali. Fol. ovata, serrata, plicata. L. ♄

Convolvulaceæ (monostyli. Gen. 414-418.) calyce sunt 5-fido, ut plurimum persistente, corolla campanulata aut infundibuliformi tubo elongato, capsula 2-3-4-loculari, eorumque folia alterna sunt, insuper herbae, assim frutices, sistunt saepius volubiles et quasdam lactes. Monogynae aut Polygynae sunt.

414. RETZIA. *Cor.* cylindrica extus villosa. *Stigma* bifidum. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1. *spicata*. Thunb. Act. lund. 1. p. 55. t. 1. f. 5. Lam. ill. t. 103. Hab. in Cap. b. spei altissimis montibus. Corol. rufescentes. ♄

415. ENDRACHIUM. *Cal.* coriaceus, 5 phyllus. *Cor.* campanulata s. urceolata extus birsuta. *Stam.* exserta. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* substipitata, lignosa, 2-locularis.

1. *Madagascariense*. Gmel. Syst. veget. Thouinia spectabilis. Smith ic. ined. 1. p. 7. t. 7. Willd. spec. 2. p. 935. Endrachium

drachium Jus. Humbertia madagascarien-sis. Lam. ill. t. 105. Hab. in Madagascaria. ♄

416. CONVOLVULUS. *Cor.* campanulata, plicata. *Stigm.* 2, simplicia. *Caps.* 2-3-locularis: loculis dis ermis.

* *Caule volubili.*

1. *arvensis*, fol. sagittatis utrinque acutis, pedunc. subunifloris. Lin. Willd. sp. p. 844. Flor. dan. t. 569. Hab. in agris. Bract. remotae. ♃.

* *auriculatus*, foliis linearibus hastato-acuminatis, auriculis integris. Lam. enc. bot. 1. p. 540. Bocc. mus. t. 33. Pluck. alm. t. 24. f. 3. Var. β. prioris. Lin.

2. *incarnatus*, foliis sagittatis oblongis acuminatis glabris: lobis divaricatis acutis integerrimis, pedunc. 1-floris. Vahl. Eclog. amer. 2. Hab. in Curassao. C. arvensi affinis.

3. *ruber*, fol. sagittatis glabris emarginatis: lobis obtusissimis divaricatis integerrimis, umbellis involucratis, caule piloso. Vahl. l. c. Hab. in America meridionali.

4. *sepium*, fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. tetragonis unifloris, bracteis cordatis maximis. Flor. dan. t. 458. Engl. bot. t. 311. Flor. Per. 2. p. 10. Habit. in sepibus et salicetis, etiam in America et Peruvia. Stigma simplex.

5. *Scammonia*, foliis sagittatis postice truncatis, pedunc. teretibus subtrifloris. Lin. Moris. hist. 2. s. 1. t. 3. f. 5. Mill. dict. t. 102. Scammonia syriaca. Bauhin. 294. Hab. in Syria, Mysia, Cappadocia. ♃.

6. *involucratus*, fol. cordato-hastatis pubescentibus, pedunc. subtrifloris, calycibus bracteatis. Willd. sp. p. 845. Hab. in Guinea.

7. *Hermanniae*, fol. cordato-sagittatis subhastatisque crenato-sinuatis: nonnullis integerrimis, pedunc. bifloris. Flor. Per. 2. p. 10. L'Her. Stirp. p. 67. t. 33. Hab. in Peru. Cor. alba. Caps. helvola, carnosa.

8. *crenatifolius*, fol. sagittatis crenatis, pedunc. longis, flor. umbellatis. Flor. Per. l. c. t. 118. f. 2. Cum priore. ☉

9. *sagittifolius*, fol. oblongo-sagittatis: sinu profundissimo, auriculis subacuminatis, pedunc. 1-floris, cal. laciniis rotundato-ovalibus. Mich. flor. 1. p. 138. Pluck. t. 85. f. 3. Hab. in America boreali. Cor. ampla, rosea.

10. *bonariensis*, fol. hastatis, basi cuneatis, apice setula terminatis, pedunc. subtrifloris. Cav. ic. 5. p. 54. t. 48. f. 2. Hab. in planitie de Buenos-Ayres. Corol. alba venulis roseis variegata.

11. *farinosus*, fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caule farinoso. Lin. Jacq. hort. t. 35. Hab. in Madera. ☉

12. *lanuginosus*, fol. cordatis oblongis subhastatis tomentoso-sericeis: auriculis dentatis, pedunculis trifloris, caule piloso. Vahl. symb. 3. p. 23. Hab. in Oriente. Fol. tomento subferrugineo tecta. Cor. fere C. Scammoniae, flavescens.

13. *villosus*, fol. cordatis ovatis acuminatis margine villoso subciliatis, capit. pedunculatis hirsutimis involucrat. C. ciliatus. Vahl. Eclog. amer. 2. Hab. in Cajenna. C. guianensis habitu.

14. *nummularius*, villosus, fol. cordatis mucronatis, pedunc. multifloris folio longioribus, calycib. ovatis, bracteis lanceolatis. Vahl. l. c. In America meridionali. Sequenti affinis.

15. *nodiflorus*, fol. subtomentosis ovatis subcordatisve, pedunc. bifidis multifloris fol brevioribus, Vahl. l. c. Lam. enc. 3. p. 557. Hab. in ins. St. Crucis. An diversus a C. verticillato?

16. *parviflorus*, foliis cordato-oblongis mucronatis, pedunculi ramosis multifloris brevib. subverticillatis. Enc. bot. 3. p. 556. Burm. amer. p. 83. t. 94. f. 2. Habit. ad St. Domingo in collibus pesrosis, ubi floret Decembri.

17. *ovalifolius*, glaber, foliis ovalibus integerrimis emarginatis, pedunc. 1-7-floris, cal. obovatis. Vahl. Eclog. 2. Hab. in India orientali.

18. *incanus*, tomentoso-sericeus, fol. lanceolatis sagittatis obtusis basi subdentatis, pedunc. bifloris. Vahl. l. c. Hab. in America. Cor. extus villosa.

19. *emarginatus*, fol. lanceolatis: inferioribus emarginatis mucronatis, pedunc. unifloris, foliolis calycinis exterioribus semiovatis magnis Vahl. l. c. Burm. ind. 47. t. 21. f. 2.? Hab. in India.

20. *Medium*, glaber, fol. linearib. hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. unifloris, cal. sagittatis, caule volubili. Lin. Vahl. symb. 3. p. 24. Rheed. 11 t. 55. Hab. in India. Affinis C. reptanti. L. Calycis

foliola sagittata, ut in Campanula Medio. Linn. ⊙

21. *filicaulis*, foliis lineari-lanceolatis obtusis mucronatis, basi dilatatis dentatis, foliolis calycinis oblongis. Vahl. l. c. Hab. in Guinea. ⊙

22. *simplex*, foliis linearibus hastato-acuminatis: auriculis dentatis, foliolis calycinis simplicibus. Lam. enc. 3. p. 542. (C. hastatus.) In India orientali.

23. *dentatus*, fol. hastatis glabris: auriculis dentatis, pedunc. multifloris muricatis. Vahl. symb. 3. p. 25. Hab. in India orientali.

24. *hastatus*, fol. lanceolatis hastatis, pedunc. axillaribus geminis bifloris. Vahl. symb. 1. p. 15. Hab. in Aegypto.

25. *panduratus*, radice crassa, foliis cordatis integris panduriformibus, calycib. laevibus. L. Mich. Flor. 1. p. 138. C. megalorhizus, flore amplo lacteo; fundo purpureo. Dill. elt. 101. t. 85. f. 99. In Virginiae arenosis. Junior subtomentosus. ♄

26. *bracteatus*, fol. cordatis subintegris triloboque hastatis attenuatis, pedunculis unifloris, foliolis exteriorib. calycis bracteiformibus. Vahl. symb. 3. p. 25. Hab. in India orientali.

27. *bicolor*, fol. cordatis villosis, basi angulato-sublobatis, pedunc. unifloris, foliolis exterioribus calycis bracteiformib. Vahl. symb. 3. p. 25. Hab. in India orient.

28. *trilobus*, fol. cordatis villosis trilobis: lobis ovatis acutis, pedunc. unifloris, caule volubili. Thunb. prod. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

29. *platanifolius*, fol. cordatis trilobis: lobis lateralibus dentato-angulatis, pedunc. subtrifloris calycibusque subaequalibus glabris. Vahl. symb. 3. p. 26. Fewill. 3. p. 16. t. 11. Pluck. t. 167. f. 3. Hab. in Amer. australi. ♄

30. *acuminatus*, fol. cordatis trilobisque acuminatis, pedunc. elongatis multifloris calycibusque glabris. Vahl. l. c. Habit. in insula St. Crucis.

31. *obscurus*, fol. cordatis acuminatis, pedunc. filiformibus unifloris calycibusque glabris, caule hirsutissimo. Vahl. symb. 3. p. 27. C. flore minore lacteo, fundo atrorubente. Dill. elth. 98. t. 83. f. 98. Hab. in China, Batavia, Zeylona et Surinamo. ⊙

32. *flavus*, fol. cordatis repando-sublobatis dentatis apice mucronatis, pedunculi bifidis multifloris. Willd. p. 852. Burm. ind. 77. t. 30. f. 2? In India orient.

33. *angularis*, fol. cordatis quinquangularibus integerrimis villosis, pedunculis multifloris. L. Burm. ind. 46. t. 19. f. 2. Habit. in Java.

34. *Batatas*, fol. cordatis hastatis quinquenerviis, caule repente hispido tuberifero. L. Michaux Flor. 1. p. 138. C. radice tuberosa esculenta. Catesb. car. p. 60. t. 60. Rumph. 5. t. 130. Hab. in India utraque. Fol. modo hastato, modo angulato-lobata. Mich.

35. *maximus*, fol. cordatis ovatis acuminatis integerrimis glaberrimis, caule petiolisque glabris. Lin. suppl. 237. Rheed. 11. t. 53. Hab. in Zeylona. Caulis inferne ligneus. ♄

36. *gemellus*, fol. cordatis subtus villosiusculis, pedunc. bifloris. Vahl. symb. 3. p. 27. Burm. ind. 46. t. 41. f. 1. Hab. in Javae et Tranquebariae ruderatis. Floret ante meridiem usque ad 12 horam, quod raro in calidis regionibus. Koenig.

37. *cymosus*, fol. cordatis integerrimis, caule filiformi, pedunc. multifloris umbellato-cymosis. Flor. Per. 2. p. 9. t. 117. f. b. In Peruvia ad Pozuzo versuras. Caul. ramosissimus pilis deciduis hirsutus.

38. *sphaerostigma*, fol. cordatis subvillosis, flor. umbellatis, stigm. binis divaricatis capitatis. Cav. ic. 5. p. 54. t. 481. Habit. in Mindanao. Calyx villosus. An potius Ipomoea?

39. *pentanthus*, fol. cordatis acuminatis glabris subrepandis, umbellis pedunc. capitatis quinquefloris, cal. ciliatis. Willd. p. 855. Jacq. ic. rar. 2. p. 316. Collect. 4. p. 210. Hab. . . ♄

40. *gujanensis*, foliis cordato-ovatis subtus calycibusque tomentosis, pedunc. elongatis, floc. corymboso-subcapitatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Aubl. guj. 1. p. 136. t. 52. Hab. ad ripas rivulorum in Cajenna et Gujana. ♄

41. *capitatus*, hispidus, fol. cordato-ovatis, flor. cordatis. Vahl. symb. 3. p. 28. Hab. in India orientali.

42. *hispidus*, hirsutissimus, fol. cordato-ovatis, flor. umbellatis, pedunc. brevissimis. Vahl. Symb. p. 29. In India orientali.

43. *trifiorus*, fol. cordato-lanceolatis attenuatis glabris obtusis, pedunc. trifior. Vahl. p. 30. Hab. in India orientali.

44. *verticillatus*, fol. cordatis oblongis

nudis, pedunc. umbellatis bifidis multiflor. L. sp. pl. 220. Ipomoea verticillata. Amoen. acad. 5. p. 394. Hab. in America. Flores caerulescentes, parvi.

45. *violaceus*, foliis foliolisque calycis duobus exterioribus cordato-ovatis acutis, pedunc. elongatis bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 29. Hab. in insula St. Crucis.

46. *umbellatus*, fol. cordatis, caule volubili, pedunc. umbellatis. Lin. Swartz. obs. 62. Pluck. alm. 114. t. 167. f. 1. Plum. amer. 88. t. 102 Hab. in Martinica, Domingo. Cor. lutea. Stigm. 2, globosa. Sw. ♄

47. *tuguriorum*, fol. cordato-sagittatis acutis, caule anguloso, pedunc. tetragonis unifl. Forst. n. 74. Hab. in Nova Zeelandia.

48. *cordifolius*, fol. cordatis hastatis dentatis, pedunc. bifido-umbellatis, caule volubili. Th. prod. 35. H. ad Cap. b. spei.

49. *bifidus*, fol. cordatis oblongis acuminatis subtus mollissimis, pedunc. bifidis multifloris. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in Java et India orientali.

50. *malabaricus*, fol. cordatis glabris, caule perenni villoso. L. Rheed. 11. t. 51. Hab. in Malabariae arenosis. ♄

51. *coelestis*, fol. cordatis acuminatissimis pubescentib., pedunc. elongatis umbellato-trifidis. Forst. prod. n. 75. Hab. in ins. Tanna.

52. *canariensis*, fol. cordatis pubescentibus, caule perenni villoso, pedunc. multifloris. L. Comm. hort. 2. p. 101. t. 51. Pluck. alm. t. 325. f. 1. Hab. in Canariensib. insulis. ♄

53. *ferrugineus*, ferrugineo-tomentosus, fol. cordato-ovatis acutis, pedunc. axillaribus quadrifloris. Vahl. eclog. 1. p. 17. Hab. in Amer. merid. ♄

54. *muricatus*, fol. cordatis, pedunculis incrassatis calycibusque laevibus, caule muricato. L. Hab. in Surate. Simillimus C. purpureo. ⊙

55. *triqueter*, fol. cordatis acutis subvillosis, pedunc. multifloris, caule tricarinato. Vahl. symb. 3. p. 30. Hab. in insula St. Crucis.

56. *anceps*, fol. cordatis, caule volubili utrinque carinato. L. H. in Zeylona, Java.

57. *Turpethum*, fol. cordatis angulatis, caule membranaceo quadrangulari, pedunc. multifl. L. Blackw. t. 397. Herm. Lugd. B. t. 178. 179. Turpethum repens, fol. Althaeae vel indicum. Bauh. pin. 169. In Zeylona. ♄

58. *grandiflorus*, foliis cordatis ovatis obtusiusculis integerrimis, pedunc. subbifloris, cal. coriaceis, caule petiolisque pubescentibus. Lin. suppl. 136. Rheed. 11. t. 50. Hab. in India inter spineta ad littora fluminum. Caulis arboreus. Cal. di-s. triphyllus coriaceus. ♄

59. *trinervius*, fol. cordatis oblongis glabris trinerviis, caule volubili tereti, pedunc. unifloris. Thunb. jap. 85. encycl. bot. 3. p. 543. Hab. in Japonia. Folia opposita. An Ipomoea?

60. *peltatus*, fol. peltatis, pedunculis multifloris, L. Rumph. amb. 5. t. 159. Hab. in Amboina inque Societatis insulis.

61? *Jalapa*, caule volubili, fol. ovatis subcordatis obtusis, obsolete repandis subtus villosis, pedunc. unifloris. Ait. Kew. 1. p. 211. Hab. in Mexico, Vera cruce. Rad. magna, nigra. Sem. hirsuta. Ipomoea macrorhiza. Michaux. p. 141?

62. *macrospermus*, fol. ellipticis acutis glabris, cor. planis, capsularum loculis monospermis, caule scandente. Willd. p. 860. Monroucoa violacea. Aubl. Guj. 1. p. 142. t. 54. Hab. in Gujanae sylvis. ♄

63. *tenellus*, fol. ellipticis mucronatis, basi subcordatis, pedunc. bifloris fol. longioribus. Willd. Lam. enc. 3. p. 535. Pluck. alm. 114. t. 166. Hab. in Carolina.

64. *sericeus*, fol. lanceolato-ellipticis, subtus tomentoso-sericeis, pedunc. subumbellatis, cal. pilosis, caule volutili. Lin. C. mollis. Burm. ind. 44. t. 17. f. 1. Hab. in India. ♄

65. *tomentosus*, fol. trilobis tomentosis, caule lanuginoso. Lin. Sloan. jam. 55. hist. t. 98. f. 2. Pluck. t. 167. f. 4. In Jamaica.

66. *quinquefolius*, fol. sagittato-ovatis attenuatis glabris crenato-subrepandis, pedunc. subquinquefloris. Vahl. symb. 3. p. 31. Hab. in insula Borbonia?

67. *arenarius*, fol. oblongis emarginatis basi lobatis integrisve, pedunc. unifloris, cor. tubulosis. Vahl. symb. 1. p. 18. Hab. in ins. Azoricis et ins. St. Crucis.

68. *althaeoides*, fol. cordatis sinuatis sericeis: lobis repandis, pedunc. bifloris. L. Barr. rar. 5. t. 312. Hab. in Europae meridionalis, Orientis et Africae collib. ♄

69. *cairicus*, fol. palmatis glabris serrulatis, stipulis foliiformibus palmatis, axillaribus tomentosis, cal. pedunculatis laevib. Vahl. symbol. 1. p. 15. Ipomoea palmata. Forsk. Hab. in Aegypto ♄

70. *quinquelobus*, fol palmato-quin-

quelobis serrulatis obtusis glabris, axillis tomentosis, pedunc unifloris, caule glabro. Vahl. symb. 3. p. 32. In insula St. Crucis.

71. *vitifolius*, fol. palmatis quinquelobis glabris dentatis, caule piloso, pedunculis multifloris. L. Mant 203. Burm. ind. 45. t. 18. f. 1. Pluck. alm. t. 25. f. 3. Hab. in India orientali.

72. *mucronatus*, fol. palmato-pedatis: lobis ciliatis apice mucronatis, pedunculis unifloris. Forst. prod. n.° 79. Habit. in insula Tanna.

73. *macrocarpus*, fol. palmato - pedatis quinquepartitis, pedunc. unifloris. L. Plum. spec. 1. ic. 31. f. 1. Hab. in Amer. Pedunc. articulati, incrassati. ☉

74. *paniculatus*, fol. palmatis lobis septenis ovatis acutis integerrimis, pedunc. paniculatis. Linn. Jacq. collect. 4. p. 216. Rheed. 11. t. 49. Hab. in Malabariae arenosis. Var. fol. 3-lobis s. 5-lobis. ♄

75. *macrorhizos*, fol. digitatis septenis integerrimis, caule glabro, pedunc. trifor. Lin. Plum. sp. 1. ic. 90. f. 1. Hab. in Amer. An Ipomoea?

76. *quinquefolius*, fol. digitatis glabris dentatis, pedunc. laevibus. Linn. Swartz. obs. 63. Pluck. alm. 116. t. 167. f. 6. Hab. in America, in Jamaicae sepibus. Stigm. 2, subglobosa. Sw. Ipomoea?

77. *glaber*, fol. digitatis quinatis: foliol. ovato-lanceolatis integerrimis laevibus, pedunc. multifloris. Lam. enc. bot. 3. p. 566. Aubl. Guian. p. 138. t. 54. Willd. p. 8 6. Hab. in Cayenna. Lactescens.

78. *venosus*, glabra, fol. digitatis: foliolis petiolatis ovato-acuminatis venosis, petiolis communibus basi cirrhosis. Lam. l. c. Vahl. symb. 3. p. 32? Hab. in ins. Franc. et Borboniae. Ipomoea?'

79. *eriospermus*, fol. digitatis: foliolis suboctonis linearibus, angustissimis, semi. hirsutis. Lam. l. c. p. 567. Cresc. in St. Domingo. Cap. 4-valvis, 2-lo. ul. loculis 2-spermis. Sem. sericea.

80. *macrocalyx*, fol. quinatis oblongo-lanceolatis integerrimis, pedunc. longissimis racemoso-dichotomis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 98. In Peruv. nemorosis. Petioli contorti.

81. *chilensis*, pedunc. 1-floris, fol. profundissime 5-partitis: laciniis linearibus, medii productiore. Cav. ic. 5. p. 54. t. 480. f. 1. (C. dissectus.) Cresc. in Regno chilensi.

82. *tenuifolius*, foliis digitatis quinis, foliolis lineatibus, pedunc. subquadrifloris Vahl. symbol. 3. p. 33. Habit. in India orientali.

** *Caule prostrato et non volubili.*

83. *siculus*, fol. cordato - ovatis, pedunc. unifloris: bracteis lanceolatis, flor. sessilib. L. Bocc. sic. t. 48. Moris. s. 1. t. 7. f. 5. Hab. in Sicilia. Caul. vix, vel parum volubilis. Linn.

84. *ebracteatus*, fol. cordato - sagittatis postice obtusis pedunc. petiolo breviori bus ebracteatis. Lam. enc. bot. 3. p. 541. Hab... Primo intuitu antecedenti similis dicitur, verum bracteorum defectu distinguitur. Stigmata 2, globulosa, an hinc Ipomoea?

85. *trichosanthes*, pubescens diffusus, fol. lanceolatis oblongis cum acumine, pedunc. longis 1-5-floris, corc. pilosa indivisa. Michaux p. 137. C. humistratus et aquaticus. Walt. Cor. alba, margine sub-10-dentriculata. Styl. profunde 2-partitus. Caps. pubescens. Mich.

86. *stans*, erectus, tomentoso-incanus, fol. subcordatis, pedunc. 1-floris, calycebracteis obtectis: laciniis lanceolatis mucronatis. Michaux Flor. 1. p. 136. In Canada juxta Lacum Champlain. Affinis C. spithameo. Walt.

87. *pentapetaloides*, fol. lanceolatis obtusis nudis lineatis, ramis declinatis, flor. solitariis semiquinquefidis. L. Vahl. symb. 2. p. 36. C. humilis. Jacq. collect. 4. p. 209. t. 22. ♃ ? C. prostratus, fol. radicalibus ovatis obtusis emarginatis longe petiolatis, pedunc. unifloris, caule prostrato. Roth. Abh. p. 11. t. 3. Habit. in Majorca. ☉

88. *ciliatus*, fol. oblongis cuneiformib. obtusis emarginatis ciliatis, caule prostrato, caps. pilosissimis. Roth. catal. 2. p. 22. Priori affinis. Hab. . †

89. *lineatus*, fol. lanceolatis sericeis lineatis petiolatis, pedunc. bifloris, calycib. sericeis subfoliaceis. L. C. spicaefolius, fol. lineari - lanceolatis basi angustati, caule simplici, pedunc. folio brevioribus. Lam. enc. 3. p. 567. C. serpens maritimus, spicae folii. Triumf. obs. 31. t. 31. f. 2. Mant. 25. t. 149. Hab. in Hispaniae, Siciliae, Mediterranei maritimis et montosis. Cor. extus hirtae.

90. *evolvuloides*, caule prostrato, fol. spathulatis villosis obtusis integerrim., floresessilibus. Desf. Act. p. 176. t. 49. In regno Tunetano prope Sbibam. Cor. parva, caerulea. Caps. villosa. D.

91. *suffruticosus*, caule villoso suffruticoso, fol. angusto - lanceolatis, pedunc

1-floris folio longioribus. Desf. Atl. 1. p. 175. t. 48. Hab. in Atlante prope Tlemsen. Cor. pallide rosea aut alba. ♄

92. *saxatilis*, hirsutissimus, fol. linearibus, flor. capitatis, calycib. acuminatis. Vahl. symbol. 3. p. 33. C. lanuginosus, tomentoso-incanus, fol. linearibus, flor. capitatis terminalibus. Lam. enc. 3. p. 551. Bocc. mus. 2. p. 70. t. 70. Hab. in Hispania, Italia, Tauria. ♄

93. *Cneorum*, fol. lanceolatis tomentosis, flor. umbellatis, calycib. hirsutis, caul. erectiusculo. L. C. argenteus. Lam. l. c. p. 552. Cneorum album, folio argenteo molli. Bauh. pin. 463. Hab. in Hispania, Creta, Syria. ♄

94. *linearis*, caulibus erectis fruticosis, fol. linearib. acutis piloso-sericeis, flor. terminalibus umbellato-paniculatis, calycib. pilosis. Curt. bot. mag. t. 299. Hab. . . ♄

95. *Cantabrica*, fol. lineari-lanceolatis acutis, caule ramoso erectiusculo, calycib. pilosis, pedunc. subbifloris. Lin. Jacq. Fl. austr. t. 296. Moris. 2. s. 1. t. 4. f. 3. Cantabrica quorumdam. Clus. hist. 2. p. 49. β. *terrestris*, fol. linearibus sericeis, pedunc. subtrifloris, cal. hirsutis mucronatis. L. spec. 2. p. 824. Hab. in Europa australi, Tauria, Africa. Mollis incana. ♄

96. *palustris*, caule erecto ramoso, fol. lanceolatis pilosis, flor. axillaribus solitariis minutis subtomentosis. Cav. ic. 6. p. 80. t. 600. f. 2. Cresc. in paludosis in Acapulco viciniis. Pedunc. bistipulati. C.

97. *Ammanni*, sericeus, procumbens, fol. linearibus, pedunc. unifloris axillarib. longe bracteatis, cal. acuto. Lam. encyc. 3. p. 526. Willd. sp. p. 870. In Sibiria ad Jeniseam et ad lacum Baikal. ♄ Cor. minuta calyce paulo major, pilis externe sericeo-villosis. W.

98. *pilosellaefolius*, villosus, fol. lanceolatis, pedunculis racemosis pauciforis. Willd. l. c. Lam. enc. p. 528. C. orientalis humifusus Pilosellae fol. Tournef. Hab. in Oriente. Rami axillares floriferi. ♄

99. *Doryenium*, fol. sublinearibus sericeis, caule fruticuloso paniculato, calicibus undiusculis obtusis. Linn. Habit. in Oriente. ♄

100. *prolifer us*, fol. linearibus subtus sericeis, capitulis terminalibus, inque dichotomiis bracteis ovatis extus hirsutissim. Vahl. eclog 1. p. 18. Habit. in America meridionali. Facies C. Cantabricae. ♄

101. *lanatus*, fol. lanceolatis linearib. tomentosis, ramis senescentibus spinosis, flor. capitatis involucratis. Vahl. l. c. p. 16. Hab. in Aegypto inferiori et in monte Sinai. ♄

102. *Hystrix*, fruticosus, fol. oblongis flor. sessilibus subsolitariis, ramis spinescentibus. Vahl. Hab. in Arabia. ♄

103. *spinosus*, fruticosus, fol. lanceolatis, pedunc. unifloris, ramis floriferis spinosis. Willd. p. 871. Lin. suppl. 137. C. fruticosus. Pall. it. 2. p. 734. t. M. Hab. in Sibiriae arenosis collibus ad fluvium Irtin. Rudimenta ramulorum in axillis foliorum rameorum in spinas breves mutantur. Habitus C. Cneori. L. ♄

104. *scoparius*, fol. linearibus pilosiusculis, pedunc. subtrifloris, calyc. sericeis ovatis acutis, caule fruticoso, ramis virgatis. Ait. Kew. 1. p. 213. Lin. suppl. 138. Habit. in Teneriffa circa oppidum St. Crux. Facies Spartii s. Genistae et non Convolvuli. Cor. extus hirsutae albae. Rasura hujus ligni, quod durum album: striis radiantibus, spargit odorem rosaceum. ♄

105. *Oenotheroides*, fruticosus erectus, fol. linearibus canescentibus, pedunc. axillaribus solitariis erectis unifloris bracteatis, calycib. lanceolatis glabris. Lin. suppl. 137. Hab. ad Cap. b. spei. Habitus Oenotherae mollissimae. Cor. magna fulva.

106. *floridus*, fol. oblongo-lanceolatis basi attenuatis subpilosis, ramis floriferis pedunculisque paniculatis. Ait. Kew. 1. p. 214. C. fruticosus prostratus canus, fol. lineari-lanceolatis glabris, thyrso terminali pyramidali composito. L. suppl. 136. Jacq. ic. 1. t. 34. Collect. 1. p. 62. Habit. in rupibus Teneriffae. Copia florum omnium pulcherrimus. Lin.

107. *cuneatus*, caule fruticoso erecto, fol. cuneiformibus obtusis mucronatis glabris, corymbis axillaribus fol. brevioribus. Willd. sp. p. 873. Hab. in India orientali. ♄

108. *corymbosus*, fol. cordatis, pedunc umbellatis, caule repente. L. Plum. spec 1. ic. 89. f. 2. Hab. in America.

109. *secundus*, fol. cordatis acuminatis integerrimis, pedunc. secundis longissimis, flor. umbellatis. Flor. Per. 2. p. 10. t. 117. f. a. In Peruv. collibus arenosis.

110. *spithamaeus*, fol. cordatis pubescentibus, caule recto, pedunc. unifloris. Lin. Hab. in Virginia.

111. *persicus*, fol. ovalibus tomentosis pedunc. unifloris. Amoen. acad. 2. p. 341 Gmel. it. 3. p. 36. t. 7. Hab. in Persia ad maris Caspici littus. ♄

112. *tricolor*, fol. lanceolato-ovatis glabris, caule declinato, flor. solitariis. Lin. Moris. s. 1. t. 4. f. 4. Hab. in Africa, Mauritania, Hispania, Italia et Peruvia. Fol. obovata. ☉

113. *acetosaefolius*, fol. oblongo-lanceolatis subhastatisque, pedunc. elongatis unifloris, caule repente. Vahl. eclog. 1. p. 18. Plum. amer. 91. t. 105. Hab. in Amer. merid. ♄

114. *repens*, fol. sagittatis postice obtusis, caule repente, pedunc. unifloris. L. Michaux 1. p. 137. Cor. alba, colore roseo ad ambitum suffusa. Cal. bibracteatus. M. Hab. in India utraque ad ripas, in arenosis maritimis. Caul. geniculatus. ♄

115. *reptans*, fol. hastato-lanceolatis: auriculis rotundis, caule filiformi repente, pedunc. unifloris. L. Rumph. 5. t. 155. f. 1. Hab. in India. An a priore diversus?

116. *edulis*, fol. cordatis integris trilobisque glabris, caule repente angulato. Thunb. jap. p. 84. Hab. in Japonia ♄ †

117. *hirtus*, fol. cordatis subhastatisque villosis, caule petiolisque pilosis, pedunc. multifloris. Mill. dict. n 10. Hab. in India.

118. *Soldanella*, fol. reniformibus, pedunc. unifloris. Moris. s. 1. t. 3. f. 2. Soldanella maritima minor. Baub. pin. 295. Hab. in Angliae, Hispaniae, Belgii, Italiae, Frisiae littoribus maris et in Carniolia. ☉

119. *Imperati*, foliis panduriformibus integrisve emarginatis basi cordatis, pedunc. unifloris, caule repente. Vahl. symbol. 1. p. 17. C. stoloniferus. Lam. enc. 3. p. 527. Cyrill. pl. rar. fasc. 1. p. 14. t. 5. Moris. s. 1. p. 15. t. 7. Soldanellae congener Imperati. Barr. obs. 33. ic. 856. Hab. ad littora maris Neapoli.

120 *obtusilobus*, glaber, foliis crassis sinuato-lobatis: lobo impari majore emarginato, pedunc. 1-floris, cor. brevi campanulata. Michaux. Flor. 1. p. 139. Habit. in Amer. boreal. littoribus.

121. *Pes caprae*, fol. bilobis, pedunculis unifloris. Linn. Herm. Lugd. B. 174. t. 175. Rumph. 5. t. 159. f. 1. Habit. in India.

122. *Lasianthus*, flor. solitariis, fol. palmato-laciniatis tomentosis: laciniis mediis ampliore pinnatifida. Cav. ic. 5. p. 53. t. 479. f. 1. Hab. in Regno chilensi.

123. *laciniatus*, flor. solitariis, foliolis laciniatis: laciniis capilloribus 2-3-fidis. Cav. l. c. Lam. enc. 3. p. 526. t. 479. f. 2. Cresc. prope Montevirteo. Cor. et cal. extus villosi, uti in priore, cui affinis.

124. *platycarpos*, flor. racemosis, fol. pinnatis, caps. compressis. Cav. l. c. p. 55. t. 482. In Mexico. An hujus generis?

125. *venosus*, glaber, fol. digitatis foliolis petiolatis ovato-acuminatis, petiolis basi cirrhosis. Enc. l. c. Hab. in Ins. Mauritia.

126. *brasiliensis*, fol. emarginatis basi biglandulosis, pedunc. trifloris. L. Hab. in Brasilia, Domingo maritimis. ♄

127. *multifidus*, foliis palmatis, lobis setaceis linearibus integris, pedunc. unifloris, caule decumbente. Thunb. prodr. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

128. *sublobatus*, procumbens, fol. superioribus apice dentato-repandis, floribus capitatis. Lin. suppl. 135. Hab. in India. Involucrum hexaphyllum. Cor. magna. ☉

129. *capensis*, fol. hastatis, lobis semibifidis, pedunc. subbifloris, caule decumbente villoso. Willd. p. 877. castatus. Th. prod. 35. Hab. ad Cap. b. spei.

130. *sagittatus*, fol. hastatis sagittatisque, pedunc. unifloris, caulib. prostratis. Thunb. prod. 35. Cum priore.

131. *littoralis* foliis oblongis lobato-palmatis, pedunc. unifloris, caule repente. L. Plum. sp. 1. ic. 90. f. 2. Habit. in Amer.

132. *martinicensis*, fol. ellipticis, glabris, pedunc. unifloris folio longioribus, caule repente. Jacq. amer. 26. t. 17. Hab. in Martinicae umbrosis, inundatis.

*Obs.* Plures Convolvuli species ob stigma capitato-didymum ad Ipomoeas relatae sunt, et nonnullae examinandae adhuc restant, numne potius ad idem pertineant genus.

417. IPOMOEA. *Cor.* infundibuliformis, aut campanulata, 5-plicata. *Stigmata* capitato-globosa, papillosa. *Caps.* 2-3-locularis, polysperma.

1. *Quamoclit*, fol. pinnatifidis linearib. flor. subsolitariis. Lin. Willd. sp. 2 p. 879. Quamoclit s. Jasminum americanum. Clus. posth. 9. Rumph. 5. t. 155. f. 2. Hab. in India. Conv. pennatus. Lam. enc. 3. p. 567.

2. *dissecta*, fol. palmatis, laciniis angustatis pinnatifidis dentatis, pedunc. subbifloris. Willd. phytog. 1. p. 5. n. 19. t 2. f. 3. Hab. in Guinea.

3. *umbellata*, foliis digitatis septenis; pedunc. umbellatis brevissimis. L. suppl. Plum. spec. 3. ic. 92. f. 2. Hab. in Amer.

15. *pinnata*, foliis pinnatis, racemo composito. Vent. Hort. Cels. p. 52. t. 52. Linn. Willd. Sp. p. 925. Rapunculus creticus, Petromarula. Bauh. hist. 2. p. 811. t. 812. Hab. in Creta, Oriente, ubi ad muros et rupes frequens crescit.

*Obs.* Habitu et filamentis cum Campanulae genere, cor. rotata, quamvis facie aliena, cum Phyteumate convenit; sed ab utroque stylo crasso et stigm. simplice capitato differt, quare non male ut diversum genus constitui posset.

432. FORGESIA. *Cal.* turbinatus, 5-fidus. *Petala* 5. *Stigma* 2-lobum. *Caps.* seminifera, stylo 2-partito acuminata. *Caps.* 2-locularis, polysperma.

1. *borbonica*. Defforgia. Lam. ill. p. 69. t. 125. Forgesia. Juss. gen. p. 183. Habit. in ins. Borbonia. Arbor. Fol. lanceolato-ovata, serrata. Escalloniae Smith affinis. Lam.

433. TRACHELIUM. *Cor.* infundibuliformis. *Styl.* longus. *Stigma*

globosum. *Capt.* trilocularis, infera.

1. *caeruleum*, ramosum erectum, fol. ovatis serratis planis, flor. corymbosis. L. Willd. Sp. p. 926. Barr. ic. 685. 684. Hab. in Italiae et Orientis umbrosis. ♂

2. *diffusum*, ramosissimum diffusum, ramis divaricatis recurvis, foliis subulatis. Linn. suppl. 143. Habit. ad Cap. bon. spei.

3. *angustifolium*, erectum, fol. linearib. sessilibus integerrimis glabris. Schousb. maroc. 1. p. 85. In montosis aridis prope Tezzam.

4. *tenuifolium*, erectiusculum, foliis linearibus ciliatis hispidis. L. Hab. ad Cap. b. spei.

434. GOODENIA. *Cor.* labiata, 5-fida, undulata, longitudinaliter fissa, genitalia exserens. *Anth.* lineares. *Stigma* urceolatum ciliatum. *Caps.* 1-2-locul. 2-valv. polysperma, dissepimento parallelo. *Sem.* imbricata.

1. *ovata*, fol. ovatis denticulato-serratis glabris, pedunc. 3-floris, caps. lineari. Smith. Act. Soc. Linn. Lond. 2. p. 347. Willd. Sp. 2. p. 954. Vent. Hort. Cels. t. 3. Andrew. t. 68. Hab. in Nova Hollandia cum omnibus sequentibus.

2. *paniculata*, fol. obovato-lanceolatis dentatis corollisque pilosis, caule nudiusculo paniculato. Smith. Act. Soc. Lin. p. 348. Cav. ic. 6. p. 5. t. 507?

3. *bellidifolia*, fol. obovatis denticulatis carnosis, caule nudiusculo spicato, cor. extus hirsuta, fructu quadrivalvi. Smith. l. c. p. 349. Flor. flavi.

4. *calendulacea*, fol. integerrimis obovatis crassis scabris, flor. axillaribus caeruleis. Andrew. Repos. t. 22. Var. sequentis?

5. *stricta*, fol. lanceolatis integris dentatisve carnosis glabris, cor. extus hirsuta, stigmate ore contracto. Smith. l. c. Hab. in Novae Hollandiae locis humidis. Flores caerulei.

6. *heterophylla*, fol. integris dentatis lobatisque pilosis, fructu subrotundo, cor. nudiuscula. Smith. l. c. Cav. ic. 6. t. 508.

7. *hederacea*, fol. subrotundis integris quinquelobisve, cor. extus lanata, caule prostrato. Smith. l. c.

8? *radicans*, caule repente, fol. spathulatis. Selliera radicans. Cav. ic. 5. p. 49. t. 474. f. 2. Habit. in humidis maritimis Chiloe et in valle Chilensi prope Coquimbo.

*Obs.* Ob semina imbricata marginata, uti in quibusdam Goodeniis, hanc plantam, sed dubitanter, huc retuli, cum auctor de natura pericarpii adhuc incertus sit.

435. SCÆVOLA. *Cor.* 1-petala: tubo longitudinaliter fisso. *Limbo* 5-fido laterali. *Drupa* infera, 1-sperma. *Nux* 2-locularis.

1. *Lobelia*, fol. obovatis glabris integerrimis. Vahl. symb. 2. Lam. encycl. t. 124. f. 1. Willd. Sp. 2. p. 955. Lobelia Plumieri. Lin. Jacq. amer. Catesb. car. 1. p. 79. t. 79. Hab. in Indiis. ♄

2. *Koenigii*, fol. obovatis glabris superne dentato-subrepandis, calyce quinquedentato. Vahl. symb. 3. p. 36. Lam. ill. t. 124. f. 2. Hab. in India orientali. ♄

3. *sericea*, fol. obovatis villosis mollissimis, superne dentatis. Vahl. symb. 2. p. 37. Habit. in Sauvage Island.

4. *laevigata*, fol. alternis obovatis dentatis glabris, fructu minimo. S. microcarpa. Cav. ic. 6. p. 4. t. 509. Goodenia laevigata. Curt. Mag. t. 287. Cor. dilute violacea.

β? *albida*, stylo canaleque piloso. Sm. Act. Lin. 2. p. 348. Willd. Sp. p. 954. sub Goodenia. Hab. ad portum Jackson in N. Hollandia.

5. *hispida*, fol. lin eari-lanceolatis hispidis, inferioribus dentatis, stylo apice hirsuto, cor. extus pilosa. Cav. l. c. p. 7. t. 510. Goodenia ramosissima. Smith. l. c. Cum priore. Cor. pariter dilute violacea.

---

Rubiaceae (gen. 436-483) constituunt ordinem plantarum valde naturalem et generum distinctum. Plurimae sunt frutescentes aut etiam herbaceae; folia in his verticillata, in illis opposita, integerrima, stipulis aut vagina ciliari distincta. Flor. plurimum fragrantes, nonnullae odore sunt ingrato. Cor. tubulosa s. infundibuliformis. Staminum numerus valde variat, maxima parte 5 sunt, plura 4 (talia genera in antecedente classi occurrunt), rarius 6 aut plura. Fructus inferus, natura varius: nunc dicoccus s. semina nuda referens, nunc capsularis, plerumque baccatus, passim drupaceus, limbo calycis in plurimis obsoletus, 1-2-aut multiloculoris. Embryo

(Corculum Juss.) oblongus, tenuis, perispermio (albumine. G.) magno corneo involutus. Plura rubiacea genera (quod etiam in omni ordine valde naturali locum habet) inter se nimis affinia aegre distinguuntur.

436. CINCHONA. *Cal.* campanulatus, 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: limbo 5-partito utplurimum hirto. *Caps.* oblongo-teres, 2-locularis, 2-partibilis: dissepimento parallelo. *Sem.* numerosa, compressa margine membranaceo cincta.

* *Staminibus inclusis.*

1. *officinalis*, fol. ovato-lanceolatis glabris, caps. oblongis. Vahl. in Act. Soc. Hist. nat. Haf. 1. p. 17. t. 1. Willd. Sp. 2. p. 967. Lam. enc. t. 64. f. 1. Habit. in Loxa Peruviae. Panicula terminalis; patens trichotoma. Caps. semipollicaris, lineis obscuris elevatis. Vahl. ♄

2. *pubescens*, fol. ovatis basi elongatis subtus pubescentibus, caps. cylindricis. Vahl. l. c. p. 19. t. 2. Hab. in Peru. ♄ †

3. *macrocarpa*, foliis obovatis subtus pubescentibus costatis. Vahl. l. c. p. 20. t. 3. C. officinalis. Linn. suppl. 144. Hab. in regno Santa-Fé. Rami villoso-tomentosi. Cal. campanulatus pubescens. Cor. coriacea pilis adpressis tomentosa. Caps. bipollicaris. ♄

* *nitida*, fol. obovatis nitidis, panic. brachiata, cor. albo – purpureis, limbo parum hirsuto. Flor. Per. 2. p. 50. t. 191. Ruiz. quinol art. 2. p. 56. Hab. in Andium montibus altis, nemorosis, frigidis et in pluribus aliis locis in Peruvia. Fol. glabra, subtus venosa.

*Obs.* Antifebrilis, tonica et antiseptica est. In provincia Huanuci Tarmae, Huamalies et Xauxae pro genuino cortice Peruviano, majorique pretio quam reliquae species venditur. An peculiaris species?

4. *hirsuta*, fol. ovalibus crassis margine reflexis; supra nitidis venosis, subtus pubescentibus: terminalibus subcordatis: flor. corymbosis (purpurascentibus.) Fl. Per. 2. p. 57. t. 192. Cresc. cum priore, cum qua eodem pretio aestumatur. Caps. obscure purpurea, exiccatione atra. ♄

5. *purpurea*, fol. oblongo-ovalib. ovatisq. (purpurascentib.) panic. brachiata magna, fl. subcorymbosis, cor. albo-purpureis, limbo hirsuto albo. Flor. Per. 2. p. 52. t. 193. In Andium montibus imis nemorosis. Caps. oblonga angusta.

6. *ovata*, fol. ovatis subtus tomentosis, panic. brachiata, florib. subcorymbosis. Flor. Per. l. c. t. 195. Cresc. in Andium montibus imis nemorosis calidis versus Pozuzo et Panao. Fol. subtus venis purpurascentibus. Cor. pubescens limbo patente albo. ♄

7. *lanceolata*, fol. lanceolato-oblongis glabris, panic. brachiata magna, flor. subcorymbosis. Fl. Per. 2. p. 51. In Andium montib. frigidis et nemorosis. Cor. roseo-purpurea, limbo hirsuto. Cort. extus fuscus, intus lutescens.

8. *magnifolia*, fol. oblongis ovalibusque glabris, panic. brachiata, flor. subcorymbosis, cor. albae limbo villosiusculo. Flor. Per. 2. p. 53. t. 196. Cresc. in Andium nemorib. calidissimis prope torrentes. Cor. odorata uti Citrus Aurantium. Arbor fere 40-ulnaris, coma valde frondosa, erecto patens. Caps. oblonga magna.

9. *acutifolia*, fol. ovatis acutis, panic. terminalibus brachiatis, cor. candidis glabris. Flor. Per. 3. p. 1. t. 225. Hab. in Peruviae Andium nemorosis. Filam. medio tubi inserta; Anth. inclusae. Capsula turbinata.

10. *micrantha*, fol. ovalibus obtusis, panic. maxima, flor. nemorosis parvis, cor. albae limbo lanato. Flor. Per. 2. p. 52. t. 194. Cum priore in montibus altis frigidis. Arbor 25-ulnaris.

11. *glandulifera*, fol. ovato-lanceolatis supra glandulosis, panic. subcorymbosis, cor. albido-roseis limbo lanuginoso. Flor. Per. 3. p. 1. t. 224. Cresc. in locis saepe memoratis. Frutex 2-orgialis.

12. *dichotoma*, fol. oblongo – lanceolatis, pedunculis terminalibus dichotomis paucifloris, caps. angustis, linearib. longis. Flor. Per. 2. p. 53. t. 197. Cort. fuscus, maculis albis variegatus, amarissimus.

13. *rosea*, fol. oblongis obtuse acuminatis, panic. brachiata, flor. corymbosis, cor. fauce glabra, limbo margine tomentoso. Flor. Per. 2. p. 54. t. 199. In Andium nemoribus imis, copiose ad Pozuzo etc. tractus. Filam. basi hirsuta, infra medium tubi inserta. Anth. parum exertae. Fol. palmaria, nitida, a formicis quibusd. exiguis avide appetuntur.

** EXSERTEM. *Staminibus exertis.*

14 *philippica*, fol. ovatis glabris, flor. corymbosis, pedunc. trifidis, anth. exer-

tis. Cav. ic. 4. p. 15. t. 329. Hab. prope Manila in St. Cruz. Née. Arbor humilis.

15. *longiflora*, pedunc. axillaribus 1-floris, fol. lineari-lanceolatis glabris, cor. tubo longissimo. Lambert de Cinchona. p. 38. t. 12. C. caribaea. Journ. de Phys. Oct. 1790. p. 243. t. 1.

*Obs.* Cinchona *spinosa* ejusdem auctoris hoc ad genus non pertinere videtur.

16. *caribaea*, foliis ovato-lanceolatis, pedunc. axillaribus terminalibusque unifloris, stamin. exertis. Swartz. obs. 72. Jacq. amer. Cinchona jamaicensis. Wright. in Act. angl. vol. 67. p. 504. t. 10. Hab. in Caribaeis. ♄

17. *corymbifera*, fol. oblongo-lanceolatis, corymbis axillaribus. Linn. suppl. 144. Forst. in Act. ups. nov. 3. p. 176. Habit. in ins. Tongatabu et Eaove maris pacifici. Folia palmaria saturate viridia, nervo subtus purpureo. Corymb. trichotomus magnus. ♄

18. *lineata*, panic. terminali, fol. ovatis acuminatis glabris lineatis, caps. pentagonis. Vahl. l. c. p. 22. t. 4. Habit. in St. Dominica. ♄

19. *floribunda*, panic. terminali, caps. turbinatis laevibus, fol. ellipticis acuminatis. Vahl. p. 23. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 375. Lam. enc. t. 164. f. 2. Cinchona montana. Badier. Roz. Journ. de Phys. Feb. 1789. p. 129. Ust. et Roem. Mag. de Bot. 6. p. 96. t. 3. Hab. in Jamaica, Hispaniola, St. Lucia, Dominica et Guadeloupe locis montosis et ad torrentum ripas. ♄

20. *brachycarpa*, panic. terminali, caps. obovatis costatis, foliis ellipticis obtusis. Vahl. p. 24. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 378. Hab. in montibus umbrosis Jamaicae occidentalis. Caps. obovata lineis 10 elevatis costata. Vahl.

21. *angustifolia*, flor. paniculatis glabris, caps. oblongis pentagonis, fol. lineari-lanceolatis pubescentibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 380. et in Act. holm. 1787. p. 117. t. 3. Lam. t. 164. f. 3. Hab. in Hispaniola ad ripas petrosas fluviorum. ♄

*Obs.* Auctores Florae Peruvianae, vol. 2. p. 49. de speciebus hujus subdivisionis erasent, eas ad genus, *Portlandia* referri debere.

437. COSMIBUENA. *Cal.* deciduus, 5-dentatus. *Cor.* tubus longissimus: limbo reflexo obliquo glabro. *Stam.* infra faucem inserta. *Capr.* apice bivalvis; valvulis involutis subbilocularis. Recept. lamellata hinc valvulis adpressa, inde seminifera. *Sem.* ovalia, cincta ala lineari reticulata.

1. *obtusifolia*, fol. ovalibus obovatisque obtusis, flor. corymbosis. Flor. Per. 3. p. 3. t. 198. Cinchona grandiflora. Flor. Per. 2. p. 53. Cresc. ad Pozuzo ripas. Cor. candida, fragrantissima. Arb. 3-orgyalis.

2. *acuminata*, fol. ovalibus acuminatis, flor. solitariis sessilibus. Flor. Per. l. c. p. 4. t. 226. Hab. in Peruviae Andium nemorosis imis. Arbor 5-ulnaris.

438. PINKNEA. *Cal.* laciniae inaequales: 1-2 bracteaeformibus magnis. *Cor.* longe tubulosa. *Filam.* basi tubi inserta. *Capr.* superne 2-valvis: valv. medio septiferis. *Sem.* alata, transverse invicem superposita.

1. *pubescens*, fol. ovalibus subtus subtomentosis, flor. fasciculato-paniculatis. Michaux Flor. 1. p. 105. Hab. ad Georgiae ripas fluvii St. Mariae. Subarborescens. Cinchonae affinis.

439. PORTLANDIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* clavato-infundibuliformis: laciniis patenti-deflexis. *Capr.* 5-gona, retusa, coronata, 2-locularis, 2-valvis: valv. duplicatis 2-fidis, polysperma.

1. *tetrandra*, flor. tetrandris, fol. obovatis. Forst. prod. n.° 86. Willd. Sp. 2. p. 938. Lin. suppl. 143. In insula Savage Island maris pacifici. Cor. tetragona. ♄

2. *grandiflora*, flor. pentandris, foliis lanceolato-ellipticis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 385. Smith. ic. pict. I. p. 6. t. 6. Brown. jam. 164. t. 11. f. 1. Habit. in Jamaicae rupibus calcareis. Cor. Daturae. ♄

3. *coccinea*, floribus pentandris, foliis ovatis coriaceis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 384. Hab. rarius in Jamaicae occident. praecipitiis montium. ♄

47 *corymbosa*, flor. corymbosis, fol. ovatis acutis lanceolatisque, stipulis subovatis, flor. pentandris Flor. Peruv. 2. p. 49. t. 190. f. 2. Habit. in Andium praeruptis, locis calidis. Cor. calyce 4-plo longior. ♄

440. DANAIS. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis: fauce villosa. *Stylus* apice bifidus. *Caps.* globosa, umbilicata, 2-locularis, apice 2-valvis, polysperma. *Sem.* margine membranaceo. (Genitalia exerta.)

1. *fragrans*, (denudata), fol. lanceolatis, flor. dioicis, caps. calyce deciduo denudatis. Pacderia fragrans. Lam. enc. 2. p. 267. t. 166. f. 2. Willd. Sp. 2. p. 1219. Hab. in ins. Madagascaria, Mauritia et Borbonia. Planta scandens, uti sequentes. Rad. rubra.

β. *coronata*, capsul. laevibus calyce persistente coronatis. An distincta species?

2. *sulcata*, fol. ovatis, caps. sulcatis cal. subfoliaceo coronatis. In ins. Mauritia, ubi altissimas arbores scandit. ♄

*Obs.* Vidi has species in Herbario dom. Aubert du Petit Thouars, qui earum characteres ex observationibus in locis natalibus institutis mecum communicare voluit. Hoc genus *Cinchonis* affine et ab iis caps. globosis praecipue differt.

441. GENIPA. *Cal.* tubulosus aut turbinatus subinteger. *Cor.* hypocrateriformis, limbo magno 5-partito. *Anth.* in fauce sessiles exertae. *Stigma* clavatum, integrum s. simplex. *Bacca* (magna) carnosa, apice attenuato-truncata, 2-locularis, polysperma.

1. *oblongifolia*, fol. oblongo-ovatis subsessilibus, racemis terminalibus. Flor. Per. 2. p. 67. t. 220. f. a. Hab. in Peruv. Andium memorib. imis calidis. Bacca mali persici magnitudine, ex cujus pulpa et seminibus Indi colore nigro persistente faciem manusque inficiunt. Etiam lignum, colore roseum, utilissimum est.

2. *americana*, (grandifolia), foliis lanceolatis subsessilibus integris Lin. Gardenia Genipa. Swartz. obs. p. 84. Willd. Sp. 2. p. 1228. Plum. Sp. ic. 136. Hab. in Amer. meridionali. Arbor, florens Junio. Fruct. citri magnitudine, edulis.

*Obs.* Hoc genus a Gardeniis inter alia stigmate clavato nec bilamellato distinguendum, hinc omnes Gardeniae tali gaudentes stigmate, huc referri debent. An hujus generis *stylocoryna*. Cav. ic. 6. p. 21. t. 436?

3. *Merianae*, tota hirsuta, fol. oblongo-obovatis, florib. in summitate congestis, fructu depresso-globoso. Richard in Act. Soc. Nat. Paris. p. 107. Huc Duroia Eriopila. Lin. suppl. Hab. in Cayenna.

4. *edulis*, glaberrima, foliis oblongis, flor. in summitate congestis, plurimumque 4-6dis; fructu globoso laevi. Richard l. c. Cum priore.

442. GARDENIA. *Cal.* laciniae verticales aut obliquae. *Cor.* prime contorta, infundibuliformis 5-9-fida: tubo saepius longo. *Stylus* elevatus. *Stigma* bilobum. *Bacca* 2-locularis, polysperma. *Sem.* duplice serie disposita. *Antherae* ori tubi insertae.

* *Inermes.*

1. *radicans*, inermis, fol. lanceolatis, cor. hypocrateriformibus obtusis, calyce angulato, caule radicante. Willd., Sp. 2. p. 1225. Thunb. Diss. de Gardenia n.° 1. t. f. 1. et ejusd. Diss. acad. 2. p. . Hab. in Japonia. ♄

2. *florida*, inermis, fol. ellipticis, cor. hypocrateriformibus, calycinis laciniis verticalibus lanceolato-subulatis. Ait. Kew. 1. p. 293. Lin. suppl. 163. Ehret. pict. t. 15. Rumph. 7. t. 14. f. 2. Habit. in India orientali, Surate, Amboina et Cap. bon. spei. Flor. solitarii, magni, odori. ♄

3. *longiflora*, inermis, fol. lanceolatis, cor. longissimis hirsutis acutis, bacca cylindrica. For. Peruv. 2. p. 67. t. 219. f. a. Hab. in Andium memoribus imis calidis ad Pozuzo. Frut. 2. orgyalis, valde ramosus. Bacca lutea, 1 1/2-palmaris, pulpa dulci edula.

4. *tubiflora*, inermis, fol. ellipticis undulatis, flor. ternis, cor. lacinis linearibus reflexis: tubo filiformi longissimo. Andr. t. 183. Hab. in Sierra Leone. Odor fragrantissimus.

5? *Thunbergia*, inermis, foliis ellipticis utrinque acuminatis, cor. hypocrateriformibus, cal. latere rumpentibus, laciniis apice dilatatis cucullatis. Ait. Kew. 1. p. 294. Thunb. Diss. de Garden. n. 3. Thunbergia capensis. Mont. Act. holm. 1773. p. 282. t. 11. Habit. ad Cap. b. spei et in Mauilla. Cal. appendiculatus laciniis cucullatis. Cor. limbus planus decempartitus. Filam. o. Anther. 9. s. 10. Stigma oblique truncatum, 5-sulcatum, sulcis reflexis emarginatis. An potius peculiare genus?

6. *latifolia*, inermis, fol. obovato-sub-

rotundis, cor. hypocrateriformibus, laciniis calycinis subalatis obtuse carinatis. Ait Kew. 1. p. 234. H. in montibus Indiae orientalis. ♄

7. *clusiaefolia*, inermis, caule erecto, fol. obovatis emarginatis, panic. terminali, laciniis corol. cuspidatis. Willd. p. 1227. Jacq. collect. append. p. 37, t. 4. f. 3. Catesb. carol. 1. p. 59. t. 59. Habit. in insulis Bahamensibus. ♄

8. *gummifera*, inermis, foliis oblongis obtusis hirtis, stipulis subulatis, laciniis calycinis ovatis brevissimis, tubo recto. Lin. suppl. 164. Thunb. Diss. de Gard. n. 4. t. 2. f. 3. Hab. in Zeylona. Ex rimis corticis et foliis sudat Gummi-resina, Gummi Elemi simillima. ♄

9. *Mussaenda*, inermis, foliis ovatis acutis, stipulis mucronatis, laciniis calycinis subulatis compressis, tubo incurvato hirto. Lin. suppl. 163. Mussaenda formosa Jacq. amer. 70. t. 48. Ed. picta t. 70. Hab. in Carthaginae sylvis. Fol. subpubescentia. ♄

* *madagascariensis*, inermis, foliis ovatis utrinque glabris, flor. axillaribus sessilibus solitariis longe tubulosis externe tomentosis. Lam. enc. 2. p. 608. Hab. in Madagasc. Antecedenti affinis.

10. *Rothmannia*, inermis, fol. oblongis, stipulis subulatis, laciniis calycinis subulatis teretibus longitudine tubi, tubo glabro ampliato brevi. Lin. suppl. 165. Th. in Act. holm. 1776. p. 65. t. 2. Hab. ad Cap. b. spei. Flores suaveolentes, imprimis nocte. ♄

** *Spinosae.*

11. *uliginosa*, spinosa, ramis apice spinosis, cor. intus tubo hirsutis. Retz. obs. 2. p. 14. Hab. in paludosis Indiae. ♄

12. *armata*, spinosa, spinis ramulorum terminalibus quaternis, laciniis calycinis linearibus cuneiformibus, flor. aggregatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 524. Jacq. amer. 70. Hab. in Martinicae et Carthaginae sylvis. ♄

13. *micranthus*, spinosa, fol. ellipticis utrinque acutis spinis longioribus, florib. sessilibus, corol. glabris. Willd. Thunb. Diss. t. 1. f. 2. Hab. in China et Zeylona. ♄

14. *multiflora*, spinosa, spinis fol. brevioribus uncinatis, fol. ovalibus acuminatis, flor. cymoso-umbellatis. Willd. Sp. 2. p. 1231. Randia longiflora. Lam. enc. 3. p. 25. ill. t. 166. f. 3. Hab. in India orientali. Tubo longo, stigmate et antheris ad faucem corol. eum Gardeniis magis convenit.

443. MUSSÆNDA. *Cor.* infundibulif. *Stigmata* 2, crassiuscula. *Bacca* oblonga, 2-locularis, polysperma. *Sem.* quadrifariam disposita. *Stam.* tubo interne inserta.

1. *frondosa*, ramis foliisque ramorum et paniculae villosis. Vahl. symbol. 3. p. 37. Willd. Sp. 2. p. 997. Burm. zeylan. 165. t. 76. Rumph. 4. t. 51. Rheed. 2. t. 18. Hab. in India. Bractea altera enata in folium album, ellipticam, nervosum, panicula longius. L. ♄

2. *glabra*, ramis foliisque ramorum et paniculae glaberrimis. Vahl. l. c. p. 38. In India orientali. Rumphii folium principissae huc pertinere videtur. Vahl. ♄

444. RANDIA. *Cal.* 5-partitus: lacin. lineari-lanceolatis contortis. *Cor.* hypocrateriformis: tubo cal. vix longior. *Stigma* bilobum: lobis oblongis, inaequalibus. *Bacca* dissepimento incompleto, semibilocularis, cal. tubuloso coronata. *Sem.* plurima, per 4 series alternatim superimposita.

1. *obovata*, spinis oppositis, fol. obovatis acutis. Flor. Per. 2. p. 68. t. 220. f. b. Habit. in Peruviae Andium praeruptis calidis. Bracteae 7 sub singulo flore.

2. *rotundifolia*, spinis ramisque subverticillatis foliis subrotundis ovatisque rugosis. Flor. Per. l. c. Cresc. in Peruv. nemoribus. Stipul. intrafoliaceae membranaceae fulvae.

3. *latifolia*, fol. spathulato-ovalibus, spinis in apice fol. multo brevioribus. Lam. enc. 3. p. 25. Randia aculeata. Lin. Gardenia Randia. Willd. Sp. p. 1230. Brown. Jam. t. 85. f. 1. Habit. in Antillis, Jamaica etc.

β ? *mitis*, subinermis, fol. subovalibus. Lin. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 528. Sloan. Jam. hist. 2. p. 18. t. 161. f. 1. Cum priore.

4. *parvifolia*, fol. obovatis fasciculatis spinis subbrevioribus. Lam. l. c. p. 25. Sloan. l. c. 2. p. 100. t. 207. f. 1. Cresc. in Jamaica, St. Domingo. Magis spinosa.

5. *parviflora*, fol. ovatis petiolatis spi-

nis arcuatis brevissimis, flor. pedicellatis subfasciculatis axillaribus. Lam. l. c. Gardenia micranthus. Thunb. Willd. Spec. 2. p. 1230 ?

445. CANTHIUM. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-fida, patens. *Stylus* elevatus. *Stigma* capitatum aut clavatum. *Bacca* corticosa, 2-locularis, 2-sperma. *Sem.* hinc convexa, inde plana: sulco longitudinali.

* *Spinosa*, *stigma capitato.*

1. *chinense*, spinosa, floribus sessilibus bicuatis. Gardenia spinosa. Thunb. Willd. Sp. 2. p. 1229. In China.

2. *coronatum*, spinosum, fol. ovato-cuneiformibus obtusis, lacin. calycinis foliaceis, baccis coronatis. Lam. enc. 1. p. 602. Gardenia spinosa. Lin. suppl. Pluck. alm. t. 98. Gard. dumetorum. Ait. Willd. l. c. f. 6. Habit. in India. Horride spinosa.

3. *parviflorum*, foliis ovatis petiolatis spicis vix longioribus, dentibus calycinis acutis brevissimis baccis nudis umbilicatis. Lam. l. c. Rozb. Corom. 1. p. 39. t. 51. β. fol. majoribus et acutioribus. Pluck. l. c. f. 3. Webera tetrandra. Willd. Sp. 2. p. 1224. Habit. in India orient. Radix dicitur amara, rubra, odore grato.

4. *pedunculare*, spinosum, fol. ovato-acutis subsessilibus, pedunculi. folio longioribus. Cav. ic. 6. p. 21. t. 436. In Insul. philippices.

** CUPIA, *inermia*, *stigma clavato.*

5. *corymbosum*, inerme, fol. oblongis acutis, corymbo terminali. Willd. l. c. sub Webera. Rondeletia asiatica. L. Capi. Rheed. mal 2. t. 23. In Malabaria et Zeylona. ♄

6. *cymosum*, inerme, fol. ovatis acuminatis, cymis multifloris axillaribus. Webera cymosa. W. Hab. in India orientali. Arb. ramis pubescentibus. Stigm. capitato-bilobum. W.

*Obs.* An posteriores duae hae species revera hujus generis? Nomen *Webera* caeterum inter muscos, a pluribus jam adoptatum, conservandum est.

446. ERITHALIS. *Cal.* urceolatus. *Cor.* 5-partita: laciniis recurvis. *Bacca* 10-locularis, 10-sperma.

1. *fruticosa*, (odorata), fol. obovatis, cymis compositis pedunculatis. Willd. Sp. 2. p. 996. E. *odorifera*, arborea erecta, Jacq. amer. pict. t. 260. f. 20. Plum. ic. t. 249. f. 2. β. *inodora*, fruticosa procumbens. Jacq. Hab. in Jamaica, Martinica. β. in Curacao.

2. *polygama*, fol. obovatis, flor. axillaribus: masculis cymosis, hermaphroditis solitariis. Forst. prod. n.° 101. β. Rumph. 3. t. 140 Hab. in insula Societatis.

447. GUETTARDA. *Cal.* integer, obsolete dentatus, aut crenatus. *Cor.* tubulosa, limbo 5-9-fida. *Stigma* capitatum. *Drupa* nuce sulcata 5-passim 2-locularis. (Stam. 4, 5, 6, 7 et 9.)

1. *speciosa*, fol. ovatis utrinque nudis, cor. subnovemfidis. Lam. enc. 3. p. 53. t. 154. f. 2. Lin. syst. veg. p. 899. Rheede 4. t. 47 et 48. Hab. in India, Malabaria et ins. Java. Flores Nycthesit, longe pedunculati. Cor. 7-9-fida. Stam. eodem quoque numero variat. Arbor mediocris. Fol. laevissima.

2. *argentea*, fol. ovatis subtus argenteis pubescentibus, venis transversis, cor. subsexfidis. Lam. l. c. t. 154. f. Halesia arborescens. Brown. jam. t. 20. f. 1. Hab. in Jamaica et Cayenna. Flores externe tomentosi. Drupa pubescens, 6-locular. ♄

3. *Mathiola*, Tol. obovatis mucronatis scabris, subtus venosis pubescentib., flor. sub-6-andris. Guettarda scabra Vent. Choix de Plant. 1. t. 1. Lam. l. c. f. 3. Mathiola scabra. Lin. Habit. in America.

*Obs.* Linnaeus secundum figuram Plumeri, naturae incongruam, corol. dicit 1-*petalam*. Cor. 5-6-fida. Stam. 5, 6, 7.

4. *rugosa*, fol. subcordatis ovatis acutis scabris subtus tomentosis, flor. 6-andris. Swartz. prodr. p. 59. Flor. ind. occ. 2. p. 632. Vahl. symb. 3. p. 50. Habit. in ins. Antigua, Dominica etc. Flor. parvi. Fol. superne aspera. Drupa coccinea.

5. *elliptica*, fol. ellipticis, flor. 4-andris. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 634. Cresc. in Jamaicae campestribus siccis. Drupa umbilicata, 4-sperma. Pedunculi axillares. ♄

6. *membranacea*, fol. ovatis acuminatis membranaceis hispido-scabris, flor. tetrandris. Swartz. l. c. p. 635. In Hispaniolae fruticetis montosis. Racemi terminales. Drupa oblonga, 4-sperma. Cal. tubulato-coronata.

7. *parviflora*, fol. oblongis glabris laevibus, pedunc. trifloris subpentandris. Vahl. eclog. 2. Lam. ill. t. 154. f. 4. Hab. in ins. St. Crucis et in Monserrat.

*Obs.* Secundum v. Rohrap. Vahl. *Edechi* Locſ. huc pertinet.

8. *odorata*, fol. confertis parvulis subovatis acutis glabris, floribus lateralibus subracemosis. Laugeria odorata. Swartz. Willd. Sp. 2, p. 1085. Laugieria odorata. Jacq. amer. t. 177. f. 21 et Ed. picta t. 259. f. 16. Hab. in Carthagenae et Havanae arbustis apricis maritimis.

9. *hirsuta*, fol. oblongis acutis, spicis longis multifloris revolutis, cor. laciniis fimbriato-plicatis, fructibus pentagonis; *Laugeria* hirsuta. Flor. Per. 2. p. 22. t. 145 f. a. Hab. in Peruv. nemorib. Arb. 30-ninarius. Bract. magnae. Fol. subtus pubescentia venosa venosissima.

10. *crispiflora*, fol. ovatis acuminatis nervosis, subtus villosis, lacin. corol. crispatis. Vahl. Eclog. amer. Fasc. 2. t. 6. Habit. versus summitates montium in ins. Montserrat. ♄

ϐ ? *dependens*, fruct. 3-gonis. Flor. Per. l. c. sub Laug.

* LAUGERIA. *Drupa subrotundâ, 2-sperma.*

11. *lucida*, fol. oblongis obtusis integris membranaceis nitidis, racemis dichotomis, drupis nucibus bilocularibus. Sw. Fl. ind. occ. 1. p. 475. Vahl. symb. 3. p. 40. t. 57. Habit. in fruticetis Jamaicae calidioris, ins. St. Luciae et St. Crucis. ♄

12. *tomentosa*, fol. ovatis acutis integris subtus tomentosis, racemis dichotomis, drupis nuce biloculari. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 477. Facie Tournefortiis similis. Hab. in fruticetis Jamaicae occid. ♄

13. *coriacea*, fol. elliptico-ovatis subcoriaceis utrinque glabris obtusiusculis, spicis bifidis, flor. tetrandris. Vahl. ecl. 2. p. 26. Habit. in insula Montserrat ad summitates montium. ♄

14. *resinosa*, fol. lato-lanceolatis glabris, subtus glaucis, spicis axillaribus bifidis, ramis apice resinosis. Vahl. l. c. p. 27. Hab. in altis montibus insulae Montserrat. ♄

*Obs.* Variant species Laugeriae quoad numerum loculamentorum putaminis, saepe maturitate unum vel alterum quoque evanescit. Genus a Guettardis parum diversum, et forte non absonum foret cum eo conjungere. Vahl.

448. SCHRADERA. *Involucr. universale* multiflorum. *Cal.* superus urceolatus. *Cor.* 5-6 fida, campanulata, fauce hirsuta. *Bacca* polysperma. (Stam. 5-6.)

1. *capitata*, involucro dentato, calyce integerrimo, fol. obtusis. Willd. Sp. Pl. p. 238. Vahl. ecl. 1. p. 35. t. 5. Urceolaria exotica. Gmel. syst. 2. p. 390. Habit. in ins. Montserrat. Frutex scandens parasiticus. Involucrum coriaceum circiter 15-florum. Numerus partium floris a 5-6. ♄

2. *cephalotes*, (jamaicensis), involucro integerrimo, cal. dentato, fol. acuminatis. Willd. l. c. Fuchsia involucrata, Swartz. Fl. ind. occ. 2. p. 674. Hab. in sylvis et montibus Jamaicae interioris. Involucrum 8-florum. Numerus octonarius frequentissimus est, rarius 5-7-9-10-rius. W. ♄

449. MORINDA. Flores in globum collecti supra receptac. sphaericum. *Cal.* sub-5-dentatus. *Cor.* subinfundibuliformis, 5-fida, patens. *Bacca* aggregatae, ob mutuam compressionem angulatae, apice retusae, 2-spermae.

1. *umbellata*, erecta, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. confertis. Linn. Willd. Sp. 2. p. 991. Hab. in India. ♄

2. *citrifolia*, arborea, pedunc. solitariis. Lin. Rumph, amb. 2. p. 158. t. 99. Rheede. 1. t. 52. Cum priore.

ϐ ? *angustifolia*. Badcudus angustifolia. Rumph. 3. p. 157. t. 98. ♄

3. *Royoc*, procumbens. L. Jacq. hort. 1. t. 16. Royoc humifusum, fructu cupressino. Plum. Spec. 2. t. 26. Hab. in Amer. calidiore. ♄

450. NAUCLEA. *Cal.* sub-5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis. *Caps.* subtrigona bilocularis, polysperma. Flor. in globum collecti supra *Recept.* commune globosum pilosum.

1. *orientalis*, fol. oblongis acutis, pedunc. aequalibus, stam. longitudine cor. Willd. Sp. 2. p. 998. Cephalanthus fol. oppositis. Lin. Flor. zeylan. 53. Rheed. mal. 3. p. 29. t. 33. Hab. in India orient. Capitula florum magnitudine pomi minoris, flava. Stigma pyramidatum. W. ♄

2. *purpurea*, fol. oblongis utrinque attenuatis, pedunc. incrassatis, staminibus

inclusis. Willd. l. c. Roxb. coromand. t. p. 41. t. 54. Cephalanthus chinensis. Lam. enc. 1. p. 671. Rumph. amb. 3. p. 84. t. 55. Hab. in India orientali. Similis praecedenti. Stigma capitatum. W. ♄

3. *parviflora*, fol. ellipticis obtusiusculis, staminibus longitudine tubi corr. dentibus calycinis brevissimis acutiusculis. Willd. p. 929. Roxb. corom. 1. p. 40. t. 52. Hab. in India orientali. Stigma cylindraceo-capitatum. W. ♄

4. *africana*, fol. oblongo-ovatis acuminatis, stam. tubo cor. longioribus reflexis, dentibus calycinis brevissimis subrotundis. Willd. Uncaria inermis. Willd. in Usteri delect. 2. p. 199. t. 3. Hab. in Guinea. ♄

5. *aculeata*, fol. ovatis acutis, caule aculeato. Willd. Uncaria aculeata. Willd. in Usteri delect. 2. p. 200. N. *gujanensis*, spinis aduncis, capit. subternatis. Enc. bot. 4. p. 436. t. 153. f. 2. Ourouparia gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 177. t. 68. Hab. in sylvis Gujanae. Caulis tetragonus aculeis magnis oppositis recurvato-uncinatis obsitus. W. ♄

6. *cordifolia*, fol. subrotundo-cordatis, capitulis pedunculatis axillaribus. Willd. Roxb. corom. 1. p. 40. t. 53. Habit. in montosis Indiae orientalis. Stigma clavatum. ♄

*Obs.* Totum genus a Cephalantho vix nisi numero diversum. W.

451. CANEPHORA. *Cal.* communis tubulosus, multiflorus: *Proprius* 5-fidus. *Cor.* campanulata subaequalis. *Capt.* coronata, 2-locularis.

1. *axillaris*, fol. subrotundo-ovatis, flor. solitariis axillaribus. Willd. Sp. pl. 2. p. 976. Lam. ill. gen. t. 151. f. 1. Hab. in Madagascaria.

2. *capitata*, fol. lanceolatis, floribus terminalibus aggregatis. Willd. l. c. Lam. t. 151. f. 2. Cum priore.

452. CEPHÆLIS. *Flor.* capitati involucrati. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* tubulosa. *Stigma* 2-partitum. *Bacca* disperma. *Receptaculum* paleaceum. Involucrum 1-5-polyphyllum.

1. *violacea*, capitulis globosis terminalibus, involucro pentaphyllo, fol. nervosis glabris. Swartz. Flor. ind. occ. 1. p. 430. Willd. p. 977. Aubl. t. 60. Hab. in Gujana et India occident. ♄

2. *tomentosa*, hirsuta, capitulis pedunculatis axillaribus terminalibusque, involucris diphyllis cordatis acuminatis. Vahl. eclog. 1. p. 19. Tapogomea. Aubl. guj. 1. p. 160. t. 6. Hab. in sylvis Gujanae, inque insula Trinitatis. ♄

3. *punicea*, glaberrima, capitulis terminalibus erectis, involucris diphyllis. Vahl. eclog. 1. p. 19. Hab. in Jamaica. ♄

4. *elata*, capit. globosis terminalibus, pedunc. elongatis, involucro diphyllo, fol. glabris. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 437. [In montibus Jamaicae australis. Involucrum 2-phyllum: foliol. magnis. ♄

5. *axillaris*, capit. axillarib. sessilibus. Swartz. l. c. p. 441. Hab. in insula St. Christophori. ♄

6. *purpurea*, capit. terminalibus nudis, fol. oblongis pictis subtus villosis, caule repente tomentoso. Willd. p. 978. Tapogomea purpurea. Aubl. guj. 1. p. 162. t. 63. f. 3. Habit. in sylvis remotis Gujanae. ♄

7. *alba*, capitulis terminalibus nudis, foliis ovatis subtus pubescentibus, caule repente glabro. Willd. Aubl. l. c. t. 62. f. 4. Hab. in sylvis remotis Gujanae.

8. *glabra*, capitulis terminalibus nudis, fol. oblongis glabris, caul. erectis, ramulis villosis. Willd. p. 979. Aubl. p. 168. t. 63. Hab. in Gujana. ♄

9? *involucrata*, (*carapichea*), capit. terminalibus globosis, involucro tetraphyllo inaequali, fol. oblongis acuminatis. Willd. Carapichea gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 168. t. 64. Hab. in sylvis ad ripas Gujanae. Stam. exerta et fruct. capsularis. An distincti generis?

10. *sessiliflora*, (*Patabea*), capitulis terminalibus globosis sessilibus nudis, flor. tetrandris. Willd. l. c. Patabea coccinea. Aubl. guj. 1. p. 110. t. 43.

11. *muscosa*, capitulis subrotundis subsessilib. terminalib., paleis dentatis. Swr. Fl. ind. occ. 1. p. 442. Morinda muscosa. Jacq. amer. p. 65. t. 45. Habit. in Martinicae sylvis montium et ad fluviorum ripas. ♄

12. *bubalina*, capitulis terminalib. pedunculatis, fol. oblongis glabris. Linn. suppl. sub Lonicera. Hab. ad Cap. b. spei. Cal. hirtus dentibus recurvis. Cor. hirta Symphyti.

*Obs.* Ob affinitatem, quae secundum ill. Jussieu, (vid. Ej. gen. pl.), extat inter hanc et antecedentem planiam, forte genere a

Cephaelibus separandam, sub hoc genere militet, donec accuratius inquisita sit; saltem non Lonicera est.

13. *emetica*, herbacea procumbens, fol. lanceolatis glabris capitulis axillarib. pedunculatis pauciforis. Lin. suppl. p. 144. sub *Psychotria*. Willd. Sp. pl. 2. p. 968.

*Obs.* Haec species in Act. Soc. Linn. Lond. v. 6. p. 137. t. VI. sub peculiari genere *Callicocca* proposita, secundum observationes cl. Richardi huc potius pertinet.

453. BERTIERA. *Cor.* 5-fida. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* 2-locularis polysperma.

1. *guianensis*. Vahl. symb. 3. p. 33. Aubl. guj. 1. p. 180. t. 69. Lam. ill. t. 165. Hab. in sylvis Guianae et Cajennae. Frutex ramis tomentosis. Flor. paniculati. ♄

454. DUHAMELIA. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 5-locularis, infera, polysperma. (Racemi partiti: flor. secundis.)

1. *patens*, ramis sulcatis, fol. 3–4-oblongo-lanceolatis pubescentibus, floribus cymosis secundis. Flor. Per. 2. p. 68. t. 221. f. a. Jacq. amer. pict. p. 39. t. 72. Lam. enc. 3. p. 65. Willd. Sp. 2. p. 980. Hab. in sepibus montosis Hispaniolae et in Peruviae Andium nemoribus ac in Potuso versuris. Cal. ruber. ♄

2 *sphaerocarpa*, ramis teretibus, fol. ternis oblongis utrinque hirsutis, floribus subcorymbosis. Flor. Per. l. c. t. 221. f. b. Creac. in Peruviae nemoribus. Corolla croceo-punicea. ♄

3. *axillaris*, subherbacea, racemis axillaribus, flor. subsecundis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 443. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae fruticetis saxosis juxta rivos. ♄

4. *Chrysantha*, racemis terminalibus, fol. oblongis cuneatis acuminatis glaberrimis, flor. pedicellatis. Swartz. l. c. p. 444. Jacq. ic. rar. 2. t. 335. Plum. amer. 212. t. 218. f. 1. In fruticetis montosis Jamaicae occid. et ad Caracas.

5. *ventricosa*, racemis terminalibus axillaribusque, cor. campanulatis ventricosis, fol. ternis. Swartz. p. 446. Ham. grandiflora. L'Her. sert. angl. 4. t. 7. Hab. in Jamaicae collibus et fruticetis aridis. ♄

6. *glabra*, fol. utrinque glabris, fructibus congestis sessilibus. Lam. enc. 3. p. 65. Amajoua guianensis. Aubl. guj. 2. sup. 13. t. 375. Hab. in sylvis Guianae. ♄

455. SABICEA. *Involucrum* 2-4-phyllum. *Cor.* hypocraterif. 5-infundibulif. *Stigma* 5-partitum. *Bacca* 5-locularis, polysperma. (Numerus partium passim quaternarius.)

1. *hirta*, fol. ovato-lanceolatis acuminatis, flor. pedunculatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 450. Schwenkfeldia. Willd. Sp. 2. p. 982. Hab. in Jamaica. ♄

2. *cinerea*, fol. oblongis acutis tomentosis, subtus incanis, flor. subsessilibus. Swartz. p. 452. Aubl. guj. 1. p. 192. t. 75. Habit. in sepibus Cajennae, Guianae. ♄

3. *aspera*, caule volubili, fol. ovatis acutis asperis subtus villosis. Aubl. guj. 1. p. 197. t. 76. Hab. in Guiana ad fluviorum ripas. ♄

4. *umbellata*, fol. ovatis acutis, pedunc. axillaribus umbellatis. Flor. Per. 2. p. 55. t. 200. f. a. sub Schwenkfeldia. Hab. in Andium nemoribus. Suffruticosa volubilis, subhispida. Bacca hirsuta, albicans.

5. *diversifolia*, fol. altero minimo, flor. axillaribus conglomeratis. Peculiaris haec species detecta in insula Mauritia a Dom. Aubert. Fol. majus late ovatum obtusum minus primo obtutu bracteaeforme, ita ut folia alterna videantur.

456. RONDELETIA. *Cor.* infundibuliformis, tubo apice subventricoso, laciniis subrotundis planiusculis. *Caps.* subrotunda, coronata, 2-locularis. *Sem.* plura aut solitaria.

* *Seminibus pluribus.*

1. *americana*, (*dichotoma*) folis sessilibus, panic. dichotoma. Lin. Willd. Sp. 2. p. 930. Plum. gen. ic. 142. f. 1. Lam. ill. t. 162. f. 1. Hab. ut omnes fere sequentes in Amer. merid.

2. *odorata*, foliis petiolatis subovatis obtusis. L. Jam. amer. edit. picta. t. 61. Hab. in Amer. rupestribus ventricosis, maritimis. Flor. pulchri miniati, violam redolentes. In quibusdam Linnaei operib. haec species errore typographico *obovata* audit.

3. *trifoliata*, fol. ternis, subtus to-

mentosis. Jacq. amer. 60. t. 43. ed. picta. t. 62. Ehret. pict. t. 15. Hab. in Amer. Fruct. adhuc observandus.

4. *virgata*, foliis subrotundis, ramis filiformibus patentibus, pedunc. trifidis, flor. ternis confertis tetrandris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 354. Hab. in fruticetis mariti mis Hispaniolae. ♄

5. *pilosa*, fol. ovatis utrinque pilosis, pedunc. axillaribus fol. brevioribus trifidis, floribus tetrandris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 356. R. triflora. Vahl. symb. 3. p. 34. t. 54. Hab. in ins. St. Crucis et Montserrat. ♄

6. *buxifolia*, fol. obovatis glabris, flor. tetrandris axillaribus solitariis. Vahl. eclog. amer. Fasc. 2. t. 12. Hab. in ins. Montserrat.

* *Seminibus subsolitariis.*

7. *thyrsoidea*, fol. oblongis acutis membranaceis subtus pubescentibus, thyrsis axillaribus. Swartz. l. c. p. 358. Hab. in collibus aridissimis Jamaicae. ♄

8. *racemosa*, fol. lanceolato – ovatis acuminatis utrinque glabris, stipulis ellipticis acumine brevi, racemis axillaribus dichotomis patulis. Swartz. Fl. p. 360. Brown. jam. 143. t. 2. f. 3. Hab. in Jamaicae sylvestrib. montium. R. thyrsoideae et laurifoliae proxima. Sw. ♄

9. *laurifolia*, fol. lanceolato-oblongis acutis utrinque glabris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. Brown. jam. 143. t. 2. f. 2. Hab. in fruticetis Jamaicae. ♄

10. *tomentosa*, fol. ovatis acuminatis tomentosis, pedunc. tripartitis axillaribus brevibus. Swartz. l. c. Petesia stipularis. Lin? Hab. in Jamaicae collibus petrosis umbrosis. ♄

11. *umbellulata*, fol. lanceolato-ovatis acutis subhirsutis, pedunc. axillar. apice trichotomis, flor. subumbellatis. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 367. Hab. in Jamaic. rupibus petrosis juxta fluvios. ♄

12. *incana*, fol. ovato-lanceolatis subtoincanis scabris, pedunc. axillar. simplicibus trifloris. Swartz. Fl. ind. occ. 1. p. 369. Hab. rarius in Jamaicae montibus petrosis calcareis. ♄

13. *hirsuta*, fol. oblongis acutis hirsutis, pedunc. axillar. dichotomis laxis, flor. hirsutis. Swartz. Hab. in fruticetis montium Jam. austr. ♄

14. *hirta*, fol. oblongis acuminatis hirtis rigidis subtus nervosis, pedunc. axillaribus trichotomis erectis. Swartz. Act. Kew. 1. p. 227. Hab. in fruticetis montosis Jam. cum priore. ♄

*Obs.* Quae in hac subdivisione enumeratae sunt species, ulterius examinandae sunt, quarum nonnullae hujus generis haud videntur.

457. MACROCNEMUM. *Cal.* campanulato-cyathiformis. *Cor.* campanul. ant infundibuliformis. *Caps.* 2-locularis. *Sem.* imbricata.

1. *jamaicense*, corymbis axillaribus elongatis nudis. Willd. Spec. 2. p. 933. Swartz. obs. 68. t. 3. f. 1. Hab. in Jamaicae austr. locis umbrosis ad rivulorum ripas. ♄

2. *candidissimum*, corymbis terminalibus brevibus pauciflotis bracteatis, bracteis coloratis subrotundis. Willd. p. 934. Vahl. symb. 2. p. 38. t. 30. Habit. in vicinia St. Marthae. ♄

3. *coccineum*, panicula terminali elongata bracteata, bracteis longissimis coloratis. Willd. Vahl. symbol. 2. p. 38. t. 29. Hab. in ins. Trinitatis Americae. ♄

4. *corymbosum*, fol. ovato-oblongis basi excavatis carinatis rugosis sessilibus corymb. magnis. Flor. Peruv. 2. p. 48. t. 189. Hab. in Andium collib. Cor. crasse. Caps. fusco-purpurasc. tandem atra.

*Obs.* Quamvis cortex hujus speciei parum amarus sit, collectores tamen Cinchonarum cortici illum admiscere solent, quae fraus facile dignosci potest, cum cortex Macrocnemi intus albus sit, et supore amariusculo viscido gaudeat. Flor. Per. p. 48.

5. *microcarpon*, foliis oblongis obtuse acuminatis subtus pubescentibus, racemis terminalibus, flor. congestis sessilibus. Fl. Per. 2. p. 48. t. 188. Habit. in Chinchao et Cachero nemoribus imis, calidis. Cor. laciniae reflexae.

6. *venosum*, fol. oblongis acuminatis venosissimis lineatis, nervo venisque pubescentibus, racemis terminalibus. Flor. Per. l. c. t. 119. f. 6. In Peruv. nemoribus calidis. Stipulae strictae rub scunt.

*Obs.* Tres haec Peruviae species a charactere generico parum differre videntur.

458. NONATELIA. *Cal.* 5-dentatus.

*Cor.* tubulosa. *Bacca* striata, 5-locularis, 5-sperma.

1. *racemosa.* Aubl. guj. p. 186. t. 72. Oribasia. Schreb. Psychotria. Willd. Spec. 2. p. 966. Hab. in sylvis Gujanae. Ceterae Nonatelise Aubletii alius sunt generis. ♄

459. VANGUIERA. *Cor.* campanulato-globosa, fauce pilosa. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* pomiformis, 4-5-locularis, 4-5-sperma.

1. *edulis.* Vahl. symb. 3. p. 36. et in Act. Soc. Hafn. 1. p. 208. t. 7. Juss. gen. pl. 229. Lam. ill. t. 159. Willd. Sp. 2. p. 976. Hab. in India. Arb. Flor. corymboso-cymosi. Sem. amygdalina. J.

460. DENTELLA. *Cal.* 5-partitus, superus. *Cor.* infundibuliformis laciniis tridentatis. *Caps.* 2-locularis polysperma.

1. *repens.* Forst. prod. n.° 98. Lam. ill. t. 118. Oldenlandia repens, caps. subsessilib. hispidis, fol. lanceolatis. Lam. mant. 40. Burm. ind. 38. t. 15. f. 2. Rumph. 6. t. 170. f. 4. Hab. in India orientali et Nova Caledonia. Caps. undique pilis obtusis cavis pellucidis obtecta. Lin.

461. SERISSA. *Cor.* infundibuliformis, fauce ciliata, limbi laciniis subtrilobis. *Bacca* 2-sperma.

1. *foetida.* Willd. Sp. 2. p. 1061. Lycium japonicum. Thunb. t. 17. L. foetidum. Lin. suppl p. 150. Hab. in India, Japonia. Fol. venosa. Cor. alba. In India in hortis Buxi ad instar adhibetur.

462. SIPANEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis, 5-lobo. *Caps.* coronata, 2-locularis, 2-partibilis, polysperma.

1. *pratensis.* Aubl. guj. 1. p. 148. t. 56. Lam. ill. t. 151. Virecta pratensis. Vahl. Eclog. Amer. 2. Hab. in Guiana.

463. VIRECTA. *Cal.* 5-dentatus: dentibus interjectis. *Cor.* infundibuliformis. *Stigma* bipartitum. *Caps.* 1-locularis, polysperma.

1. *biflora*, fol. ovatis, pedunc. bifloris. Lin. suppl. 134. Vahl. symb. 2. p. 38. Ejusd. ecl. 2. W. Sp. 2. p. 972 Rondeletia biflora, caule filiformi repente, pedunc. biflor. Roth. Descr. pl. rar. Surinam. p. 7. t. 2. f. 2. Hab. in Surinami subhumidis. Herba tenera Mercurialis annuae. Corolla rubescens: ore albo. Lin. ☉

464. SOLENA. *Cal.* 5-fidus superus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo longissimo, fauce pilosa. *Style* filiformis. *Stigma* trifidum. *Bacca* unilocularis, polysperma. (Cyrthantus. Schreb.)

1. *longiflora.* Willd. Sp. 2. p. 961. Posoqueria longiflora. Aubl. guj. 1. p. 134. t. 51. Lam. ill. t. 163. Hab. ad ripas fluviorum Gujanae. Flor. corymbosi. Cor. albae nutantes. ♄

465. UCRIANA. *Cal.* 5-dentatus superus. *Cor.* hypocrateriformis: tubo longissimo, fauce ventricosa nuda. *Antherae* sessiles. *Style.* clavatus pilosus. *Stigma* 2-lamellatum. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

1. *speciosa.* Willd. l. c. Tocoyena longiflora. Aubl. guj. 1. p. 131. t. 50. Hab. in sylvis Gujanae. Fl. terminales capitati. ♄

466. PSYCHOTRIA. *Cal.* 5-dentatus, coronans. *Cor.* infundibuliformis. *Bacca*? globosa aut ovalis. *Sem.* 2, sulcata, ossea.

* *Cor. tubo tereti recto.*

1. *asiatica*, stipulis emarginatis, fol. lanceolatis ovatis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 961. Jacq. amer. Hab. in India. ♄

2. *glabrata*, stipulis acutis indivisis deciduis, fol. ovatis glaberrimis nitidis, flor. paniculatis erectis. Swartz. flor. ind. occ. 1. p. 350. Hab. in Jamaicae rupibus. ♄

3 ? *axillaris*, stipulis acutis indivisis, fol. ovatis acutis, flor. axillaribus. Willd. l. c. p. 962. Ronabea latifolia, caul. flexuosis, fol. ovatis acutis viridibus e caeruleo variegatis, fructu nigricante striato. Aubl. guj. 1. p. 154. t. 59. Lam. ill. t. 166.

β. R. erecta, caul. tenuiorib. fol. ovatis acutis tenuioribus, fol. minoribus e luteo virentibus. Hab. in sylvis Gujanae. A reliquis habitu diversa, et florib. axillaribus distincta. Willd. Sem. hinc plana, inde convexa. Aubl. ♄

4. *laurifolia*, stipulis ovatis acuminatis deciduis, fol. lanceolato-ovatis acutis crassiusculis glabris, panic. erectis, baccis subrotundis. Swartz. fl. ind. occid. 1. p. 392. Hab. in Jamaicae, Hispaniolae fruticetis aridis. ♄

5. *parviflora*, stipulis ovatis cuspidatis deciduis, fol. ellipticо - ovatis acuminatis parallelo - venosis, panic. erectis, baccis ovalib. Willd. l. c. Simira tinctoria. Aubl. guj. 1. p. 170. t. 65. Hab. in sylvis Gujanae. Cortex ad pannos sericeos et gossypinos rubro colore tingendos adhibetur. ♄

6. *hirsuta*, stipulis lanceolatis integris deciduis. fol. lanceolato-ovatis acutis hirtis, caule hirsutissimo, panic. patente. Sw. l. c. p. 394. Hab. in australi Jamaicae sylvis vetustis. ♄

7. *foetens*, stipulis acuminatis integris deciduis, fol. lanceolato-ovatis acutis glabris, panic. patentissima, ramis reflexis filiformibus. Swartz. l. c. p. 396. Cum priore. Odore foetido subacido ex ramis fractis, foliisque contusis distinguitur. Sw.

8. *citrifolia*, stipulis ovatis persistentibus, fol. ellipticis acuminatis subcoriaceis, panic. brevibus, baccis oblongis costatis. Swartz. p. 398. Hab. in Ind. occid. ♄

9. *nitida*, stipulis subrotundis deciduis, fol. subrotundo-ovatis acuminatis, panic. terminali, cor. limbo tubo longiore. W. Mapouria gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 175. t. 67. Habit. in ripis fluviorum Gujan. ♄

10. *marginata*, stipulis integris acuminatis deciduis, fol. lanceolato-ovatis acutis margine cartilagineo-setosis, panic. laxa. Swartz. l. c. p. 400. Brown. jam. 161. n°. 6. Hab. in sylvestribus Jamaicae australis. ♄

11. *tenuifolia*, stipulis ovatis emarginatis deciduis, fol. oblongis acutis tenuioribus glabris, pan. erectis subsessilibus. Swartz. p. 402. Hab. in fruticetis Hispaniolae. ♄

12. *nervosa*, stipulis oblongis emarginatis deciduis, fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis (venosis) subundulatis, panic. sessilibus erectiusculis. Swartz. p. 403. Hab. in fruticetis Jamaicae. Fol. non sunt nervosa, sed venosa, venis prominentibus. Willd. p. 964. ♄

13. *carthaginensis*, stipulis emarginatis, fol. obovatis acuminatis, panic. terminali. Willd. p. 964. Jacq. amer. p. 65. t. 174. f. 22. Ed. picta. t. 260. Hab. in Carthagenae fruticetis. ♄ †

14. *Myrstiphyllum*, stipulis ovatis deciduis, fol. lanceolato-ovatis enervis nitidis rigidis, ramis accundis, racemis compositis terminalibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 405. et 406. Brown. jam. 152. Hab. in Jamaicae fruticetis aridis. Vere. Facie a ceteris diversa. Bacca immatura dura 2-loculoris est, demum succosa. dissepimento evanescente. Sw. An potius Myrtiphyllum dicendum?

15. *laxa*, stipulis ovatis acutis deciduis, fol. ovatis acuminatis, racemis ternis terminalibus trichotomis, ramis pedicellisque subcapillaribus laxis. Swartz. p. 407. Habit. in fruticetis montium Jamaicae. ♄

16. *parasitica*, stipulis amplexicaulib. retusis, fol. ovatis acuminatis aveniis subsucculentis, racemis terminalibus axillaribusve composit. Swartz. p. 408. Viscoides pendulum. Jacq. amer. 73. t. 51. f. 1. An hujus generis? Habit. in Martinica, Dominica, Guadeloupe, etc. ♄

17. *horizontalis*, stipulis ovatis, foliis lanceolato-ovatis acutis, ramis fol. ramulisque panicularum horizontalibus. Swartz. p 410. Habit. in Hispaniolae locis apricis cretaceis. ♄

18. *nutans*, stipulis bidentatis, fol. lanceolatis acutis nervosis, racemis tripartitis erectis, fructiferis nutantibus. Swartz. p. 411. Habit. in Hispaniolae collibus aridis solo cretaceo. ♄

19. *speciosa*, arborea, fol. oblongo-lanceolatis, involucro terminali subtriflora. Forst. prod. n.° 89. Hab. in ins. Taheiti. ♄

20. *flexuosa*, stipulis bidentatis, foliis ovatis utrinque attenuatis, panic. divaricata flexuosa. Willd. p. 966. Nonatelia paniculata. Aubl. guj. 1. p. 184. t. 70. f. 2. Habit. in Cajennae locis sterilibus. ♄

21. *racemosa*, stipulis bilobis, fol. oblongis acuminatis, racemo terminali simplici, flor. involucratis. Willd. l. c. Aubl. guj. 1. p. 186. t. 72. sub Nonatelia. Hab. in sylvis Gujanae. ♄

22. *violacea*, stipulis oblongis obtusis deciduis, fol. oblongis acuminatis, flor. paniculato-corymbosis involucratis. Willd. Nonatelia. Aubl. guj. 1. p. 188. t. 73. H. in sylvis Gujanae. ♄

23. *capitata*, fol. oblongis acuminatis, stipulis bifidis, florib. capitatis sessilibus bracteis obvallatis. Flor. Per. 2. p. 59. t. 206. f. a. Hab. uti omnes sequentes spec. Peruvianae in Andium nemoribus.

24. *pilosa*, fol. oblongo - ovatis acutis pilosis, flor. termialibus verticillato-cymosis, bracteis pilosis cinctis. Flor. Per. p. 60. t. 208. f. a. Bac. caeruleae. Inflorescentia Asperulam quandam refert.

25. *subtomentosa*, fol. lanceolato - oblongis, stipul. bifidis acutis, pedunc. ter-

minalibus trifidis, flor. capitatis bracteis cinctis. Flor. Per. 2. p. 61. t. 210. Flor. sessiles caerulei.

26. *brachiata*, stipul. ovatis bifidis, racemo terminali composito, ramis brachiatis, flor. aggregatis sessilibus. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 415. Hab. in montibus altis Jamaicae australis. ♄

3. *purpurea*, fol. oblongo-ovatis, margine revolutis, cor. rubris. Flor. Per. 2. p. 20. t. 137. Hab. in Peruv. hortis. Corquam in reliquis speciebus minor, fragrantissima: ore laeviter lutescente. l. c. ♄

4. *incarnata*, fol. ovato-oblongis acutis, cor. incarnatis disco fulvo. Flor. Per. l. c. t. 138. Cum priore. Flor. cymoso-umbellata. Nimis affinis sequenti dicitur. ♄

5. *carinata*, fol. oblongo - ovatis acuminatis carinatis: marginibus planis rubris, cor. magnis tricoloribus. Flor. Per.

p. 21. Cor. in centro lutea, extus ad medium alba, superne rubescens. ♄

6. *tricolor*, fol. oblongis acutis, marginibus planis venosis, cor. tricoloribus. Flor. Per. t. 139. Cor. tubus ruber, faux crocea, limbus albo-roseus.

*Obs.* Plumieriae nostrae, dicunt auctores Flor. Peruvianae, inter se differunt colore et magnitudine florum (quare forte varietates aut subspecies tantummodo sunt) et cum nec color, nec magnitudo speciem mutat, nobis satis visum est illas seorsim describere. Etiam cum iis potius Plumieria quam Plumeria dicendum est hoc genus, quod comprehendit arbores formosissimas et gratissimas.

7. *obtusa*, fol. lanceolatis petiolatis obtusis. Linn. Catesb. car. 2. p. 93. t. 93. Plum. i c. 232. Habit. in America calidiore. ♄

8. *pudica*, flor. limbo clausis. Jacq. amer. 37. Habit. in Amer. hortis, ubi, secundum Jacquinum, sub nomine *Donsellas* sive Virgines, eo quod nunquam explicentur corollae, quae flavescentes et omnium odoratissimae sunt, coluntur.

615. CAMERARIA. *Cal.* minimus acutus. *Cor.* infundibuliformis: tubo utrinque ventricoso. *Antherae* filo longo terminatae. *Folliculi* 2, basi utrinque bilobi, horizontales. *Sem.* imbricata membranae (alae) inserta.

1. *latifolia*, fol. ovatis acuminatis parallelo-costatis nitidis, flor. corymbosis terminalibus. Willd. Sp. 2. p. 1245. Andr. t. 16. Mill. dict. Jacq. amer. 37. t. 182. f. 86. Plum. gen. 18. ic. 72. f. 1. Hab. in Amer. cali diore. Cor. alba: fundo flavescens. ♄

2. *zeylanica*, fol. ovato-oblongis acuminatis parallelo-costatis, corymbis terminalib. axillaribusque. Willd. Hab. in Zeylona. For. minores. ♄

3. *lutea*, fol. ovato-oblongis acuminatis reticulato-venosis, umbella pedunculata pauciflora. Willd. Lam. encyc. 1. p. 566. C. *Tamaquarina*. Aubl. guj. 1. p 260. t. 102 ♀. *gujanensis* fol. ovatis acuminatis, florib. parvis axillaribus odoratis. Aubl. guj. 1. p. 262. Hab. ad ripas amnis Calibiensis Gujanae. ♄

4. *angustifolia*, foliis linearibus. L. Plum. gen. 18. ic. 72. f. 2. Hab. in America calidiore. ♄

616. TABERNÆMONTANA. Contorta. *Cor.* hypocrateriform. tubus angulato-striatus, basi subglobosus. *Folliculi* 2, horizontales. *Sem.* pulpæ immersa. (Fol. oppostia.)

1. *citrifolia*, fol. ovatis, floribus lateralibus glomerato-umbellatis. L. Jacq. amer. 38. t. 176. f. 13. ed. pict. Plum. gen. 18. ic. 248. f. 2. Hab. in America. ♄

2. *laurifolia*, fol. ovalibus obtusiusculis. Mill. dict. n°. 3. Jacq. amer. p. 39. Hab. in Jamaica. ♄

3. *echinata*, fol. ovato-oblongis acuminatis, flor. glomerato-umbellatis, fructibus echinatis. Willd. Aubl. guj. 1. p. 263. t. 103. Hab. in Gujana. ♄

4. *grandiflora*, fol. caule dichotomo, calycibus inaequalibus laxissimis. Mant. 53. Jacq. amer. 40. t. 31. Hab. Carthagenae. Cal. fol. alba: exteriora 2 cordata. ♄

5. *cymosa*, fol. ovato-lanceolatis, flor. cymosis. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 14. Hab. Carthagenae. Fol. semipedalia. Folliculi rubescentes pulpa aurantia. ♄

6. *amygdalifolia*, fol. ovali-lanceolatis, staminibus tubum corollae superantibus. Willd. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 15. Hab. in Carthagenae sylvaticis. ♄

7. *discolor*, fol. ovato-lanceolatis, pedunc. axillaribus bifloris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 535. Hab. in Jamaica. ♄

8. *persicariaefolia*, fol. lanceolatis acuminatis, flor. racemosis. Willd. p. 1246. Jacq. ic. rar. 2. t. 320. Collect. 4. p. 159. Hab. in insula Mauritii. ♄

9. *arcuata*, fol. obovatis oblongis acuminatis, corymb. ternis multifloris, folliculis revoluto-arcuatis. For. Per. 2. p. 22. t. 143. Copiose in Peruviae nemorib. ad Pozuzo vicum. Arbor succo lacteo, copioso scatet, qui aëri expositus in gummiresinam condensatur.

10. *Sananho*, fol. oblongis acuminatis, corymb. biquadrifidis, fructib. obovato-subrotundis acuminatis. Flor. Per. t. 144. In Peruv. nemoribus. Follic. obtuse digoni. Cor. tubus longissimus. ♄

11. *elliptica*, herbacea, fol. subternis lanceolatis. Thunb. jap. 111. Hab. in Japonia. Affinis T. Amsoniae. L. ♃

12. *alternifolia*, fol. alternis, caule ar-

horescente. L. Rheed. 1. t. 43. Hab. in Malabaria. ♄

617. AMSONIA. Contorta. *Cor.* infundibuliformis, fauce clausa. *Folliculi* 2, erecti. *Sem.* teretia nuda oblique truncatis. (Stigma margine annulari. Fol. alterna.)

1. *latifolia*, caule glabriusculo, foliis ovali-lanceolatis: superioribus acuminatis. Michaux. Flor. 1. p. 121. Tabernem. Amsonia. Lin. Willd. p. 1246. Hab. in umbrosis humidis sylv. Carolinae.

*Obs.* Cultae fol. minus acuminata et subglabra. M.

2. *angustifolia*, fol. angusto-linearibus crebris erectis pubescentibus. Michaux. l. c. A. ciliata. Walt. In Georgiae sabulosis apricis.

618. URCEOLA. Contorta. *Cor.* urceolata. *Nectar.* cylindricum integrum, germen cingens. *Folliculi* 2, 1-loculares, 2-valves. *Sem.* pulposa.

1. *elastica*. Roxb. in Asiat. researches. 5. p. 167. sq. Sprengel in Schrad. Journ. bot. 1800. 2. p. 236. Hab. in India. Flor. paniculati Succus aere coagulatus, resinam offert elasticam, *Kaoutchouk* similem.

* * *Semina basi comosa s. papposa.*

619. NERIUM. Contorta. *Cal.* 5-partitus parvus, persistens. *Cor.* infundibuliformis, fauce coronula lacera. *Folliculi* conniventes longe acuminati.

1. *Oleander*, foliis lanceolatis angustis ternis, subtus costatis, cal. laciniis squarrosis, nect. planis tricuspidatis. Willd. Sp. 2. p. 1234. Ait. Kew. 1. p. 206. Desfont. Atl. 1. p. 208. Lam. ill. t. 174. Pulchra haecce Arbuscula, per totam aestatem, florens, sponte crescit in India, et in Atlante ad fluviorum ripas. Val. flor. albis.

2. *odorum*, fol. lineari-lanceolatis ternis subtus costatis, laciniis calycinis erectis, nectariis multipartitis filiformibus. Willd. p. 1236. N. *odordtum*, - anth. superne barbato-plumosis. Lam. enc. 3. p. 456. Rheed. 9. t. 2. β. Flor. plenis. Herm. lugdb. 447. t. 449. Hab. in India orientali. Priore tenerius, et in caldariis colendum. ♄

3. *salicinum*, fol. lineari-lanceolatis ternis enervis. Vahl. symb. 2. p. 43. Forsk. descr. 205. Hab. in Arabia felici. ♄

4? *obesum*, foliis oblongo-lanceolatis sparsis, subtus villosis. Vahl. symb. 2. p. 45. Forsk. descr. 205. Hab. in Arabia felici. ♄

5. *seylanicum*, fol. lanceolatis oppositis, ramis rectis. L. Burm. zeyl. 23. t. 12. f. 2. Hab in India. ♄

6. *divaricatum*, fol. lanceolatis-ovatis, ramis divaricatis. L. Hab. in India. Flor. albi. ♂

7. *antidysentericum*, fol. ovatis acuminatis petiolatus, follic. apice connexis. Lam. enc. 4. p. 457. Burm. zeyl. 167. t. 77. Rheed. 1. t. 47. Hab. in Malabaria, Zeylona, Russia. Flor. albi, odorati. ♄

8. *coronarium*, fol. ellipticis, pedunc. ex dichotomia ramorum geminis bifloris. Ait. Kew. 1. p. 297. Jacq. ic. rar. 1. t. 52. Coll. 1. p. 138. Burm. zeyl. t. 59. Rumph. 4. p. 87. t. 39. Rheed. 2. t. 54. Hab. in India orientali. Corona petaloidea duplex. An *Tabernaemontana*? Lam. l. c. ♄

620. STROPHANTHUS. Contorta. *Cor.* infundibuliformis: laciniae longissime caudatae. *Coronula* faucis dentibus 10 simplicibus.

1. *sarmentosus*, glaber sarmentosus, floribus sub-glomeratis terminalibus et lateralibus, antheris in filum productis. Decand. in Bulletin de Sciences par la soc. Philom. nº. 64. p. 143. t. 8. f. 1. Hab. in Sierra-Leone in Africa. Flor. cum foliis nascuntur, magni, rubri. ♄

2. *laurifolius*, glaber erectus? fol. subternis, flor. glomeratis terminalibus (post folia nascentib.), antherin filum productis. Decand. l. c. Hab. in Africa. Non sarmentosus. *Var.* fol. oppositis et ternatim verticillatis. ♄

3. *dichotomus*, ramis pedunculisque dichotomis, fol. mucronato-acuminatis. Decand. Hab. in India. Echites *caudata*, cor. infundibuliformibus: laciniis apicib. linearib. longissimis. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1240. Burm. ind. t. 26. Anth. priorum.

β. *rotundata*, fol. ovato-rotundis. Nerium candatum. Lam. enc. 3. p. 458. Hab. in India. Arb.

4. *hispidus*, totus piloso-hispidus, antheracutis muticis. Decand. l. c. t. 8. f. 2. In Africa. Loco stipularum fasciculus pilorum adest. Lacin. cor. omnium longissimae ad 7 uncias. ♄

631. ECHITES. Contorta. *Folliculi* 2, longi, recti. *Sem.* coma instructa. *Cor.* infundibuliformis, fauce nuda. *Antherae* conniventes in conum.

1. *biflora*, caul. sarmentosis, fol. oblongis, pedunculis subbifloris. Jacq. amer. 38. t. 21. ed. picta. t. 28. Willd. Sp. 2. p. 1237. Plum. amer. 82. t. 96. Nerium sarmentosum, fol. oppositis oblongis acutis, subtus cinereis, tubo floris fauce ampliato. Brown. jam. 180. Hab. in Caribaeis. Flor. candidi cum fauce lutea. Pedunc. 1–4-flori. ♄

2. *quinquangularis*, pedunculis racemosis, fol. obovatis acuminatis. Jacq. amer. 32. t. 25. ed. picta. t. 32. Hab. in America meridionali. Flor. flavo-virescentes. Non lactescit. J. ♄

3. *annularis*, caule volubili, cor. hypocrateriformibus, tubo annulo elevato. Lin. suppl. 166. Hab. in Surinamo. Caul. scaber. Stigma annulo cinctum. L.

4. *tomentosa*, fol. cordato-oblongis acuminatis, cauleque hirtis, floribus racemosis pilosis. Vahl. symb. 3. p. 44. Hab. in Cajen.

5. *suberecta*, pedunc. multifloris, cor. cylindraceis extus hirsutis, fol. subovatis mucronatis subtus pubescentibus. Swartz. obs. 104. Andrew. t. 187. Jacq. amer. 32. t. 26. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 206. t. 130. f. 2. Hab. in Jamaica. Flor. lutei magni. Succus lacteus venenatus. ♄

6. *domingensis*, pedunc. racemosis, fol. cordato-ovatis rigidiusculis subtus discoloribus, caule volubili. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 529. Jacq. ic. rar. 1. t. 53. Collect. 1. p. 73. In fruticetis maritimis Jamaicae, Hispaniolae. ♄

7. *agglutinata*, pedunculis racemosis, fol. ovatis emarginatis acuminatis. L. Jacq. amer. 31. t. 23. ed. pict. t. 30. Hab. in fruticetis montosis in Domingo. Flor. parvi, candidi. ♄

8. *Asperuginis*, pedunculis racemosis, folliculis filiformibus, fol. oblongis acutis supernè asperis, caule volubili. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 531. Apocynum scandens, siliquarum externa parte vestibus haerente. Plum. ic. 26. Hab. in fruticetis siccissimis Jamaicae, Hispaniolae. Antecedenti similis. ♄

9. *torulosa*, pedunc. subracemosis, fol. lanceolatis acuminatis, follic. torulosis longissis. Jacq. amer. 33. t. 27. ed. pict. t. 34. Swartz. obs. 105. Brown. jam. 181. t. 16. f. 2. Lam. ill. t. 174. f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

10. *umbellata*, pedunc. umbellatis, fol. ovatis obtusis mucronatis, caule volubili. Jacq. amer. 30. t. 22. ed. picta. t. 29. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 2. Hab. in Jamaica. Flor. magni, albi, tubo longissimo viridanti. Jacq.

11. *circinalis*, pedunc. axillaribus articulatis multifloris, laciniis corollae undulatis, fol. ellipticis, caule volubili. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 533. Hab. in sepibus montosis Hispaniolae. ♄

12. *floribunda*, racemis compositis corymbosis, fol. ellepticis acuminatis, costatis, ramis erectiusculis. Willd. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 534. Hab. in fruticetis, montium Jamaicae. ♄

13. *trifida*, pedunc. trifidis multifloris, fol. ovato-oblongis acuminatis. Jacq. amer. 31. t. 24. ed. pict. t. 31. Hab. in America. Flor. tubo longo purpurascente, limbo sordide virente. J. ♄

14. *repens*, pedunc. racemosis, fol. lanceolato-linearibus angustis, follicul. torulosis. Jacq. amer. 33. t. 28. ed. pict. t. 35. Hab. in Domingo rupestribus et ad marg. sylvarum. ♄

15. *corymbosa*, racemis corymbosis, staminibus eminentibus, fol. lanceolato-ovalibus. Jacq. amer. 34. t. 30. et pict. t. 37. Swartz. obs. 105. Hab. in sylvaticis Insulae Domingo. ♄

16. *costata*, pedunc. cymosis, fol. elliptico-lanceolatis acuminatis. Forst. prod. n°. 123. Rheed. 9. t. 14. Hab. insulis Societatis. ♄

17. *spicata*, spicis axillaribus, brevibus, staminibus eminentibus, fol. subovatis distichis. Jacq. amer. 34. t. 29. ed. pict. t. 36. Hab. in sylvis Carthagenae, ubi arbores vicinas ad 60 pedum altitudinem scandit. ♄

18. *siphilitica*, fol. ovatis subpetiolatis glaberrimis costatis, paniculis dichotomis, floribus spicatis. Lin. suppl. 167. Hab. in Surinamo. Decoctum herbae Surinamensibus in Siphilitide notissimum. ♄

19. *glandulosa*, fol. cordato-subrotundi acuminatis tomentosis glanduliferis, pedunc. racemosis. Flor. Per. 2. p. 19. t. 135. In Peruviae nemoribus. Plant. tomentosae. Caul. ad articulationes et folia ad cordatorum et per petiolis (et stipulae) glandulifera. ♄

20. *laxa*, fol. cordatis acutis, basi multiglandulosis, pedunc. longis laxis racemosis

pauciflora. Flor. Per. l. c. t. 131. f. b. Hab. in Pillao nemorib. Plant. parum villosa. Rami filiformes subvillosi. ♄

21. *acuminata*, glabra, fol. ovatis oblongisque acuminatis basi glandulis 5, racemis brevibus, pedicellis geminis. Flor. Per. t. 134. f. a. Cresc. in sylvis Chinchao ad Macora praedium. Cor. alba, extus purpurasc.

22. *hirsuta*, fol. oblongo-ovalibus acuminatis basi excavatis, subtus villosis, racemis multifloris. Flor. Per. 2. p. 19. t. 136. In Peruviae nemorib. Fol. ad basin glandula 1-2-praedita. Cal. in flore acutus, in fructu obtusus. *L. c.*

23. *subsagittata*, fol. oblongo-subsagittatis acuminatis: angulis posticis obtusis, pedunc. pauciflora. Flor. Per. l. c. Cum priore. Fol. margine ciliata, basi glandulosa. *L. c.*

24. *puberula*, fol. ovali-lanceolatis basi utrinq. acutis subtus puberulis, flor. parvis fasciculato-corymbosis. Michaux. Flor. 1. p. 120. L. *difformis*. Walt? In Carol. inferioris sylvis. Follic. graciles, 1/2 pedales.

25 *scholaris*. fol. subverticillatis oblongis, follic. filiformibus longissimis, umbellis compositis. L. Lignum scholare. Rumph. 2. t. 82. Rheede 1. t. 45. Hab. in India. ♄

*Obs.* Arbor ramis ad genicula tantum foliatis, cujus lignum ad varia utensilia adhibetur, inter alia ex eo tabulae conficiuntur, superficie altera figuris variis ornata, altera laevissima, in qua pueri in scholis scribere solent.

26. *truncata*, cymis pedunculatis subsexfloris, lobis corollarum truncatis. Lam. enc. 2. p. 340. Catesb. Car. 2. p. 54. t. 53. Hab. in ins. Bahama. *E. bifloræ* subsimilis affirmatur. †

27. *lappulacea*, pedunc. racemosis hispidis, flor. oppositis follic. utrinque hispido-lappaceis. Lam. l. c. Plum. Spec. 2. Mss. 2. t. 70. Burm. Amer. t. 26. Cresc. a St.-Domingo. Cor. alba. †

28. *succulenta*, aculeis binis extrafoliaceis, fol. linearibus subtus tomentosis, cor. hypocrateriformibus. Lin. suppl. 167. Hab. ad Cap. b. spei. Filam. barbata. ♄

29. *bispinosa*, aculeis binis extrafoliaceis, fol. lanceolatis glabris, cor. hypocrateriformibus. Lin. suppl. p. 167. Hab. ad Cap. b. spei. Var. prioris? Frutices bi bini posteriores succulenti lactescentes bispinosi, ut absque visa fructificatione Euphorbias crederes. L. ♄

G22. PERGULARIA. Contorta. Nect. ambiens genitalia cuspidibus 5 sagittatis. *Cal.* hypocrateriformis: tubo cal. longiore. *Folliculi* 2, saepius asperi.

1. *glabra*, fol. ovatis acutis glabris, caula fruticoso. Willd. Spec. 2. p. 124. Flos pergulanus. Rumph. 5. t. 29. f. 2. Hab. in India. ♄

2? *edulis*, fol. obvatis integris glabris, caule herbaceo volubili. Thunb. prod. 38. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

*Obs.* Est *Cynanchi* species secundum Andrew. Repos. p. 8. t. 185.

3. *tomentosa*, fol. cordatis tomentosis. L. Vahl. symb. 1. p. 23. Asclepias cordata. Forsk. descr. 49. Hab. in Arabia. ♄

4. *purpurea*, fol. cordatis glabris, cor. laciniis lineari-oblongis glabris, umbels Vahl. symb. 3. p. 44. Asclepias (cordata). Burm. ind. 72. t. 27. f. 2. Hab. in India orientali, China

5. *japonica*, fol. cordatis glabris, cor. laciniis ovatis interne villosis, umbel. simplicibus. Thunb. jap. 111. Hab. in Japonis.

*Obs.* Cel. Andrew, qui hoc genus ad classem Gynandriam decandriam amandat, sequentem nectarii dedit characterem; *Nectarium* duplex, genitalia involvens: squamulae *exteriores* 5 cuspidatae, quinque *interiores* (quae vera filamenta?) membranaceae: singula occultans stamina (antheras?) duo alterna (quae tunc non pistillo uti in Gynandris sunt adnexa. Secundam eundem P. *glabra* (cui fol. vere *ovata* sunt) et *japonica* eandem efficit speciem, ab eo P. *minor* denominatam et depictam, nec non P. *purpurea* a *tomentosa* haud diversa, quas sub nomine P. *odoratissima*, fol. senioribus subtomentosis, cor. viridibus, conjunxit; vid. Ejus Rep. t. 185.

G23. PERIPLOCA. Contorta. *Cor.* rotata 5-partita; corona (Nect.) urceolata 5-fida, faucem ambiente, setas 5 exserens. *Stigma* capitatum, 5-gonum. *Folliculi* 2.

1. *graeca*, floribus interne hirsutis terminalibus. Lin. Willd. Sp. 2. p. 1248. Jacq. Misc. 1. p. 11. t. 1. f. 2. Lam. Ill. t. 177. Hab. in Syria, Sibiria. Stigma 10-crenatum. ♄

2. *mauritiana*, fol. ovatis longe acuminatis, flor. racemosis, fruct. horizontaliter

patentib. Poiret in Enc. bot. 5. p. 188. Gyn. mauritianum, Lam. Enc. 2. p. 236. Rumph. 5. t. 10. Rheed. 9. t. 11. In India.

3. *Secamone*, floribus interne hirsutis paniculatis, fol. lanceolato-ellipticis. Secamone. Alp. aegypt. 133. t. 134. Hab. in Aegypto. Differt a praecedente primo intuitu floribus minutis copiosis. ♄

4. *lævigata*, cor. glabris, laciniis obtusis, cymis trichotomis, fol. oblongo-lanceolatis venosis laevibus, caule glabro. Willd. Ait. Kew. 1. p. 302. P puniceifolia caule fruticoso lento, fol. lanceolatis. Cav. ic. 3. p. 9. t. 217. Hab. in Canariis. Cor. interne lute-viridis, laciniis macula fulva notatis. W. ♄

5. *angustifolia*, cor. glabris, laciniis emarginatis, cymis trichotomis, fol. lanceolatis aveniis laevibus, caule glabro. Willd. p. 1249. Dsf. Atl. 1. p. 209. P. fruticosa, fol. aveniis angusto-lanceolatis perennantibus, folliculis horizontalibus basi oppositis. Billard. ic. pl. Syric. 2. p. 13. t. 7. Hab. in Syria et Atlante. Cor. interne purpurescens, in medio macula alba notata. ♄

6. *esculenta*, glabra, fol. lineari-subulatis, racemis elongatis simplicibus, florib. interne nudis. Lin. suppl. 168. Roxb. corom. 1. p. 13. t. 11. Pluck. amal. 19. t. 359. f. 6. Hab. ad littora fluminum Zeylonae et Malabariae. Var. latitudine foliorum. W. ♄

7. *emetica*, cor. glabris, corymbis pauciforis axillaribus, fol. lineari-lanceolatis aveniis. Willd. p. 1250. Retz. obs. 2. p. 14. Willd. phytog. 1. p. 6. t. 5. f. 2. In Ind. ♄

8. *indica*, spicis axillaribus, imbricatis, fol. ellipticis obtusis mucronatis, caule glabro. Willd. p. 1251. Burm. zeyl. 187. t. 83. f. 1. Pluck. mant. 17. t. 359. f. 2. Hab. in Zeylona. ♄

9? *capsularis*, fol. lanceolatis integerrimis oppositis, cymis axillaribus diffusis. Forst. prod. n°. 126. Hab. in Nova Zeelandia. †

10. *africana*, fol. ovatis acutis, flor. corymbosis, caule hirsuto. Willd. Jacq. misc. 1 p. 13. t. 1. f. 3. Comm. rar. 18. t. 18. Pluck. alm. 37. t. 134. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. purpurasc. *Nect.* album campanulatum, 5-gonum 1 ore 10-dentato, vagina interior albida, cum nect. conglutinata ambiens pistillum. Jacq.

11. *tunicata*, fol. oblongis cordatis acuminatis, florib. umbellatis. Willd. o's. 2. p. 15. phytog. Retz. 1. p. 7. t. 5. f. 1. Hab. in Tranquebaria.

12. *sylvestris*, fol. subrotundo-ovatis reticulato-venosis, subtus pubescentibus, floribus umbellatis. Retz. obs. 2. p. 15. Willd. l. c. 1. p. 7. t. 5. f. 3. Hab. in sylvaticis Zeylonae. ♄

13. *albicans*, fol. ovatis acuminatis, racemis pauciforis, cal. suberoso candicante. Encycl. bot. 5. p. 191. Hab. in India orient. Commers. Non confundi debet cum Cynancho tuberoso L. quocum cortice convenit. Fruct. ignotus. ♄

14. *cordata*, fol. ovato-cordatis mucronatis, flor. axillaribus subumbellatis, pedunc. capillaribus. Enc. bot. l. c. Hab. in India. Sonner. P. *indica* affinis, sed tota glabra. ♄

15. *parviflora*, fol. ovato-sublinearibus, flor. minimis subsessilibus, caul. volubili. Enc. bot. 5. p. 192. In India a Sonnerat lecta. Non confundenda dicitur cum Cynancho *parviflora*. Sw., cujus habitum refert. ♄

16. *virgata*, fol. lanceolatis, flor. longe spicatis subnudis, caul. virgatis, ramis florentibus lateralibus. Enc. bot. l. c. In Ind. orient. Cor. albida, parva. ♄

624. CYNANCHUM. Contorta. *Cor.* rotata. *Nect.* cylindricum, 5-dentatum, cor. faucem ambiens, simplex. *Folliculi* 2.

1. *viminale*, caule volubili perenni aphyllo. L. Euphorbia viminalis. L. Spec. plant. 2. p. 649. Bass. Act. bonon. Alp. aegypt. 150. t. 150. Hab. in Africae maritimis et Indiae mesorosis. Caul. nudus, crassitudine calami. ♄

2. *filiforme*, caule erecto simplicissimo, fol. linearibus, floribus verticillatis axillaribus. Lin. suppl. 169. C. fol. linearibus planis. Thunb. prod. 46. Hab. in Cap. b. spei.

3. *crispum*, caule erecto herbaceo, fol. lanceolatis crispis, floribus lateralibus. Thunb. prod. 46. Cum priore.

4. *tenellum*, caule herbaceo subvolubili, fol. ovato-oblongis. Lin. suppl. 168. Hab. in Nova Granada.

5. *obtusifolium*, caule volubili herbaceo, fol. oblongis apice rotundatis cum acumine, umbellis lateralibus. Lin. suppl. 169. cfr. Lam. enc. 2. p. 236. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. virides subumbellati. W. ⊙

6. *capense*, caule volubili undique conformi, fol. subcordato-ovatis, pedunculis multifloris.

multifloris. Lin. suppl. 168. Hab. ad Cap. b. spec.

*7. acutum*, caule volubili herbaceo, fol. cordato-oblongis glabris. Apocynum latifolium. Clus. hist. 1. p. 125. Hab. in Sicilia, Hispania, Astracan. Cymae poliferae. W. ♄

8. *rostratum*, caule petiolisque hirsutis, fol. cordato-oblongis, petalis lanceolatis planis. Vahl. symb. 3. p. 45. Hab. in insula Trinitatis. Cor. ante explicationem ovata acuminato-rostrata.

9. *grandiflorum*, caule pedunculisque hirtis, fol. cordato-ovatis acuminatis, petalis ovato-acuminatis. Willd. p. 1254. Cav. ic. 2. p. 14. t. 21. Hab. in America calidiore. Caulis pilis rufis. Cor. maxima hujus generis, viridis, coriacea. ♄

10. *nigrum*, caule volubili, fol. oblongo-cordatis glabris acutis, racemis simplicibus pauciforis. Willd. Cav. ic. 2. p. 45. t. 159. Hab. in Mexico. Cor. nigrae. ♄

11. *racemosum*, caule volubili fol. ovato-cordatis glabris acuminatis, racemis simplicibus multifloris. Willd. Jacq. amer. 81. t. 54. ed. pict. t. 80. Hab. in Carthagena. Cor. candidae, parvae. ♄

12. *excelsum*, caule volubili, fol. glabris cordato-lanceolatis, caps. longis angustis acutis. Desf. Atl. 1. p. 212. Hab. in palmetis prope Tozzer. Fol. glauca. ♄

13. *Ipecacuanha*, caule volubili pubescente, fol. cordato-ovatis cuspidatis subtus pubescentib., umbell. simplib. pauciforis villosis. Willd. Jabrb. d. Pharm. 1. 2. β. C. *vomitorium*, fol. ovato-lanceolatis, corymb. etc. Lam. enc. 2. p. 235. Asclepias *asthmatica*. Lin. Willd. Sp 2. p. 1270. Hab. in Zeylonae sylvis et in ins. Franciae. Rad. vim vomitoriam ad dosin 24. gr. oblata excercet. Cal. lacin. octaceae.

14. *tomentosum*, caul. volubili tomentoso, fol. subcordato-ovalib. mucronatis subtus tomentosis, umb. subquinqueforis. Lam. l. c. In Ind. oriental.

15. *maritimum*, caule volubili, foliis cordatis hirsutis subtus tomentosis, pedunc. aggregatis. Jacq. amer. 81. t. 56. ed. pict. t. 82. Hab. in Terra Bomba Amer. meridion. Cor. atropurpureae. ♄

16. *suberosum*, caule volubili hirto, fol. ovato-cordatis acuminatis, corymbis axillaribus, laciniis cor. lanceo atis. Willd. Dill. elth. 300. t. 229. f. 296. Habit. in America calidiore. ♄

17. *carolinense*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. ovato-cordatis acutis hirsutis, flor. subumbellatis, cor. obtusis. Jacq. ic. 2. t. 342. Coll. 2. p. 288. Hab. in Carolina. ♄

18. *obliquum*, caule volubili herbaceo hirsuto, fol. cordatis acutis villosis, florib. umbellatis, petalis obliquis ad oras revolutis. Jacq. ic. 2. t. 341. Collect. 1. p. 148. Hab. in Carolina. ♄

19. *hirtum*, caule volubili fruticoso inferne suberoso fisso, fol. ovato-cordatis. Le Moris. S. 15. t. 3. f. 61. Hab. in America. ♄

20. *crispiflorum*, caule volubili, foliis subtus villosis oblongis cordatis, sinu clauso, petalis apice crispis. Plum. ic. 210. t. 216. f. 1. Hab. in fruticetis Jamaicae et ad isthmum Darien. ♄

21. *prostratum*, caule prostrato herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis subtus tomentosis. Willd. Cav. ic. 1. p. 5. t. 7. Hab. in Mexico. ♄

22. *monspeliacum*, caule volubili herbaceo, fol. reniformi-cordatis acutis glabris. Cav. ic. 1. p. 44. t. 60. Jacq. ic. 2. t. 340. Collect. 4. p. 168. Hab. in Hispania et Narbonae maritimis. ♄

23. *sibiricum*, caule volubili herbaceo, fol. articulato-cordatis glabris. Willd. in N. Act. Berol. v. 2. t. 6. f. 1. Hab. in Sibiria. Non confundendum cum C. *erecto*.

24. *extensum*, caule volubili herbaceo hirto, fol. reniformi-cordatis acutis, petalis acutis, margine hirsutis. Jacq. ic. 1. t. 54. Misc. 2. p. 353. C. cordifolium. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. ♄

25. *reticulatum*, caule volubili, foliis acuminatis glabris planis, umbellis axillaribus. Willd. p. 1268. Retz. obs. 2. p. 15. Hab. in India orientali. ♄

26. *undulatum*, glabrum, caule volubili fol. oblongis acuminatis, basi attenuatis, undulatis, umbellis capitatis. Willd. Jacq. amer. 85. t. 58. ed. pict. t. 84. Hab. Carthagenae in monte de la Popa. Cal. cinereus. Cor. violacea. ♄

27. *parviflorum*, caule volubili filiformi, fol. ovatis apice subulatis, umbellis subsessilibus. Swartz. Fl. ind. occident. 1. p. 537. Plum. ic. 215. f. 1. Hab. in fruticetis sylvaticis montosis Indiae occidentalis. ♄

28. *erectum*, caule erecto divaricato, fol. cordatis glabris. L. Jacq. hort. t. 38. In Syria. ♄

29. *hastatum*, fol. subhastato-lanceolatis et auriculis rotundatis, flor. fasciculatis subsessilibus. Hab. in Africa.

30. *angustifolium*, caul. volubili, fol. linearibus angustis, umbellis longe pedunculatis. Hab. ad littora maris in Carolina. Michaux, fil. Ex Herb. Rich.

† GONOLOBIUM. *Cor.* rotata, 5-partita. Appendix (nectar. L.) brevissima, inclusa. *Stylus* discoideo-5-gonus. *Folliculi* utplurimum costati seu angulati.

31. *macrophyllum*, sarmentis petiolisque birtis, fol. amplis abrupte acuminatis puberulis, cor. laciniis ovali-lanceolatis. Michaux. Flor. 1. p. 119. sub *Gonolobo*. Vincetoxicum gonocarpos. Walt. Hab. in Carolinae sylvis.

32. *hirsutum*, sarm. petiolisque hirsutissimis, fol. sensim acuminatis utrinque pubescentib., cor. lacin. oblongo-ovelibus obtusis. Michaux. l. c. Vincet. acanthocarpos. Walt. Cum priore. Follic. oblongi sparsim muricati.

33. *læve*, sarment. glabriusculis, fol. subconoideo-cordatis, folliculis laevibus. Michaux. l. c. sub Gonolobo. Hab. in dumetosis ripariis flum. Mississipi.

34. *obtusifolium*, fol. cordatis suborbiculatis subtomentosis mollibus. Hab... Ex herbario Rich.

35. *planiflorum*, caul. volubili, fol. cordatis glabris subtus tomentosis, pedunc. subracemosis. L. Jacq. amer. ed. pict. t. 81. Hab. in Carthagen. Amer. Flor. virescentes. J.

36? *album*, caule volubili, fol. oppositis ovato-acutis inferne albis umbel. solitariis multifloris. Cav. ic. 4. p. 5. t. 310. sub Asclep. In Peru. Cor. rotata, sordide alba. Cornic. clausi, candidi. C.

†† VINCETOXICUM. *Cor.* erecta. *Nectarium squamulas s. callas* 5, *carnosas retusas sistens*.

37. *Vincetoxicum* (vulgare), caule erecto, fol. ovatis, acuminatis margine tenuissime ciliatis. Willd. Sp. p. 1268. sub *Asclepias*. Flor. dan. t. 849. Vincetoxicum officinale. Moench. method. p. 717. Hab. in montosis calcareis et in sylvaticis. ♄

38. *nigrum*, caul. superne subvolubili, fol. ovatis basi barbatis. Lin. sub Asclep. Hab. in Italiae et Galliae meridionalis collibus. Cor. nigrescens. ♄

*Obs.* Ob appendices uniformes solidas duae hae species cum Cynanchis majorem affinitatem habent, quam Asciepedialibus; an potius distinctum efficiunt genus?

625. APOCYNUM. *Cor.* campanulata. *Filamenta* 5, cum staminibus alterna. *Styl.* subnullus. *Stigma* latum. *Folliculi* longi, lineares.

1. *filiforme*, caule decumbente herbaceo hirto, follis lineari-filiformibus, floribus umbellatis. Thunb. prod. 47. Willd. 2. p. 1259. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *hastatum*, caule decumbente herbaceo, fol. hastatis. Thunb. l. c. A. minutum. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei. Caul. filiform. Umb. simplex subsexflora. ♄

3. *androsæmifolium*, caule rectiusculo herbaceo, fol. ovatis utrinque glabris, cymis terminalibus glabris. L. Dod. mem. 59. t. 59. Moris. s. 15. t. 3. f. 16. Hab. in Virginia, Canada. Flor. rosei, muscicapae. ♄

4. *cannabinum*, caule rect. herbaceo, fol. oblongis subtus tomentosis, cymis lateralibus folio longioribus. Ait. Kew. 1. p. 303. Michaux. Flor. 1. p. 122. Moris. s. 15. t. 3. f. 14. Hab. in Canada, Virginia. Cor. pallescente-virides. Fol. in culta magis glabra. ♄

5. *hypericifolium*, caule erectiusculo herbaceo, fol. oblongis cordatis glabris, cymis folio brevioribus. Aiton. p. 304. Jacq. hort. 3. p. 37. t. 66. Hab. in America boreali. ♄

6. *venetum*, caule erectiusculo herbaceo, fol. elliptico-lanceolatis mucronatis, margine denticulato-scabris. Willd. Hab. in Adriatici maris insulis. ♄

7. *paniculatum*, caule frutescente volubili, fol. ovato-lanceolatis acutis glabris, floribus terminalibus et axillaribus paniculatis. Lam. encyclop. 1. p. 212. A. Aconci. Aubl. guj. 1. p. 174. t. 107. Hab. in pratis Sinemariensibus Gujanae. ♄

8. *umbellatum*, caule volubili frutescente, fol. ovatis acuminatis subtus tomentosis, cyma terminali. Willd. Flor. purpurascentibus. Aubl. guj. 1. p. 275, t. 106. Hab. in Cajenna. ♄

9. *tiliæfolium*, caul. volubili subfruticoso, fol. cordato-subrotundis acuminatis longe petiolatis. Lam. enc. 1. p. 214. Rheed. 9. t. 15. Rumph. 5. t. 175. f. 2? Hab. in India. Sonnerat. Flor. magni in fasciculo umbelliformi axillari.

10. *cotinifolium*, fol. rotundatis obtusis petiolatis viridibus, flor. parvis corymbos. terminalibus. Lam. l. c. p. 215. Hab. in ins. Java.

11. *reticulatum*, caule volubili perenni, fol. ovatis venosis. Rumph. 5. t. 40. Hab. in India. ♄

12. *cordatum*, caule volubili hirto, fol. ovatis subtus villosis. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

13. *lanceolatum*, caule volubili herbaceo striato glabro, fol. lanceolatis, umbella triflora. Thunb. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *trifl orum*, caule volubili herbaceo piloso, fol. lanceolatis, umbellis lateralib. subtrifloris. Thunb. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

15. *lineare*, caule volubili, herbaceo glabro, fol. linear-lanceolatis, florib. paniculatis. Thunb. A. fol. linearibus planis, umb. axillaribus compositis. Lin. suppl. 169. Hab. ad Cap. b. spei.

† QUIRIVELA. *Caps.* ovalis, cal. tecta, 1-locularis, 5-valvis. *Sem.*...? *Flor.*...?

16. *frutescens*, caule erecto frutescente, fol. lanceolato-ovalibus, cor. acutis, fauce villosis. Lin. Willd 2. p. 1260. Flor. Zeyl. t. 12. f. 1. Quirivelia *zeylanica*, fol. ovato-lanceolatis subacuminatis, flor. racemosis axillarib. Poir. in Enc. bot. vol. 6. (ined.) p. 24. Lam. enc. 1. p. 215. Kirwael Zeylonensium. Hab. in Zeylona.

*Obs.* Hanc plantam non hujus generis, nec ejusdem familiae esse dicitur. In vivis aut melioribus speciminibus hinc ulterius examinari debet.

626. ASCLEPIAS. Contorta. *Cor.* rotata, (saepius) reflexa. *Nect.* 5. ovata, concava, corniculum exserentia. *Anth.* corneae longitudinaliter dehiscentes.

* *Foliis nullis.*

1. *aphylla*, caul. aphyllo. Thunb. prod. 47. Willd. Sp. 2. p. 1262. Hab. ad Cap. b. spei.

** *Foliis oppositis planis.*

2. *undulata*, fol. sessilibus oblongis lanceolatis, undulatis glabris, petalis ciliatis. Sp. pl. 312. Comm. rar. 16. t. 16. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

3. *crispa*, fol. cordato-lanceolatis undulatis scabris oppositis, umb. terminali. Lin. suppl. 170. A. undulata, fol. revoluto-repandis pilosis. Syst. veg. p. 214. Comm. par. 17. t. 17. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurei. ♄

4. *pubescens*, fol. ovatis venosis nudis, caule fruticoso pedunculisque villosis. L. Moris. 3. *s.* 15. t. 3. f. 35. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. purpurascentes. ♄

5. *mucronata*, fol. oblongis mucronatis glabris, umbellis axillaribus. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *procera*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, cor. subcampanulatis. Ait. Kew. 1. p. 305. A. gigantea. Jacq. obs. 3. p. 17. t. 69. Houttuyn. 5. t. 44. Hab. in Persia. ♄

7. *gigantea*, fol. obovato-oblongis, petiolis brevissimis, laciniis cor. reflexis involutis. Ait. Kew. 1. p. 305. Rheed. 2. t. 31. Seb. thes. 1. t. 26. f. 1. Hab. in India orientali. Valde venenata. Nectaria laminas solidas conniventes statit. Cor. alto-rubroque variegata. ♄

8. *grandiflora*, fol. petiolatis oblongis pilosis, caule simplici hirto erecto, flor. axillaribus pedunculatis. Lin. suppl. 170. Habit. ad Cap. b. spei. Umb. nulla. Flos colore Fritill. Melesgridis tessellato. L.

9. *carnosa*, fol. ovatis carnosis glaberrimis. Lin. suppl. 170. Hab. in China. †

10. *syriaca*, fol. ovalibus subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus. LA Blackw. t. 521. Hab. in Virginia, circa Astracan. Planta utilissima. Semcoma pro serico et caules lini adinstar praeparari possunt.

β. *illinoensis*, caule simpl., fol. lanceolato-oblongis sensim acutis subtus tomentosis, caule simplicissimo, umbellis nutantibus. A. *syriaca*. β. Michaux. Flor. 1. p. 115. In pratis Illinoensibus.

11. *obtusifolia*, foliis amplexicaulibus oblongis rotundato-obtusis undatis, umbel. terminali longius pedunculata glabra, corniculis exsertis. Michaux. l. c. Hab. a Virginia ad Carolinam.

12. *hybrida*, caul. simplicissimo subtomentoso, fol. petiolatis ovalib. puberulis, umbel. aphyllis terminalib. Michaux. A. variegata. Walt. Hab. in Carolina. Cor. purpurascens: limbo albente.

13. *amplexicaulis*, tota glauca, caul. decumbentibus simplicibus, fol. cordatis amplexicaulibus, corniculis deliquescentib. compresso-ligulatis. Michaux. p. 116. Hab. in pascuis aridis subulosis in Georgia. Fol. purpureo-venosa. Umb. e summis axillis et terminales.

14. *humistrata*, fol. sessilibus cordatis

oppositis, caul. prostrato, umbel. axillaribus. Walt. Flor. carol. p. 105. Hab. in Carolina.

15. *amoena*, fol. ovatis subtus pilosiusculis, caule simplici hirtiusculo, umbellis nectariisque erectis. L. Michaux. Flor. p. 108. In America septentrionali. Habitus prioris. Petal. purpurea, appendl. longis roseis. M.

16. *purpurascens*, foliis ovatis subtus villosis, caule simplici, umbellis erectis, nectariis resupinatis. Dill. elth. 32. t. 28. f. 31. Hab. in Carolina. Affinis A. syriacae, uti sequens. ♄

17. *variegata*, fol. ovatis rucosis nudis, caule simplici, umbellis subsessilibus: pedicellis tomentosis. L. Pluck. alm. 34. t. 77. f. 1. Hab. in Amer. boreali. ♄

18. *curassavica*, fol. lanceolatis petiolatis glabris nitidis, caule simplici, umb. erectis solitariis lateralibus. Mill. Swartz. obs. 106. Sloan. hist. 2. t. 129. Dill. elth 34. t. 30. f. 33. Hab. in Curassao. Flor. auranii, pulchri. Folliculi ad latera denticulati. ♄

19. *nivea*, fol. ovato-lanceolatis glabrinsculis, caule simplici, umb. erectis lateralibus solitariis. L. Dill. elth. 33. t. 29. f. 32. Plum. sp. 2. ic. 30. Hab. in Virginia et America calidiore. Cor. viridis nectar. nivea. Folliculi edentuli. ♄

20. *laniflora*, fol. planis lineari-lanceolatis, caule fruticoso, umbellis lateralibus solitariis, cor. hirsutis. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

21. *parviflora*, fol. lanceolatis acuminatis glabris oppositis basi attenuatis, caule suffruticoso erecto, umbellis lateralibus solitariis. Ait. Kew. 1. p. 307. Hab. in Carolina, Florida. ♄

22. *incarnata*, caule erecto superne ramoso tomentoso, fol. lanceolatis utrinque subtomentoso, lanuginosis, umbel. pluribus, origine geminis, cornic. exsertis. Michaux. p. 115. Jacq. hort. 1. 107. Hab. in Canada, Virginia, in pratis humidis Illinoensibus.

*Obs.* Culta, dicit Michaux. l. c., omnibus partibus minor, multo magis pubescit, et Willdenow. l. c. p. 1267. fol. determinat *glabra*.

β. *pulchra*, fol. lanceolatis subtus pubescentibus, caul. superne diviso, umbellis erectis geminis. Willd. p. 1267. Hab. in America boreali. ♄

23. *debilis*, glaberrima, caule debili erecto simplici, fol. petiolatis ovali-lanceolatis utrinque acutis membranaceis, pedicel. capillaribus. Michaux. p. 116. Hab. in Carol. aquosis umbrosis. Flor. albi.

24. *citrifolia*, fol. ovatis undulatis subtus discoloribus pubescentibus, umb. terminali, caul. erecto simplici. Willd. Jacq. ic. 2. t. 343. Collect. 2. p. 290. Hab. in Amer. ♄

25. *decumbens*, fol. villosis, caule decumbente. L. Gron. virg. p. 27. Hab. in Virginia. ♄

26. *lactifera*, fol. ovatis, caule erecto, umb. proliferis brevissimis. L. Hab. in Zeylona. Succ. instar lactis in servit. Burm. ♄

27. *volubilis*, arborea volubilis, fol. oppositis planis ovatis integerrimis acuminatis umbellis erectis. Linn. suppl. 170. Hab. in Zeylona. ♄

28. *alexicaca*, caule volubili, fol. inferioribus cordatis, superioribus ovatis, umbellis sessilibus. Jacq. Collect. 2. p. 101. Rheed. 9. t. 13. Hab. in Zeylona. ♄

29. *viminalis*, caule suffrutescente volubili filiformi, fol. oppositis lanceolatis glabris, umb. lateralibus multifloris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 519. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 1. Hab. in Jamaicae australis fruticetis sabulosis juxta rivos. ♄

30. *laurifolia*, caule erecto, fol. subsessilibus ovali-lanceolatis sensim angustatis acutissimis glabris margine asperiusculis. Michaux. p. 117. Hab. in Georg. ad amnem Althamaha. Cor subtus viridescens, supra cum appendiculis purpurea. Affinis A. *umoenae*. L. et var. sequentis? M.

31. *paupercula*, caul. erectiusculo glabro oligophyllo, sursum nudo, fol. linearib. longissimis, umb. terminalib. paucifloris. Michaux. p. 118. A. lanceolata Walt.? In Carol. infer. herbidis humidis. Cor. rubella, append. lutea.

32. *graminea*, fol. linearib. gramineis oppositis, caul. ramoso, umbel. terminalib., cornicul. erectis mucronatis. Lam. enc. 1. p. 283. In India. Caul tenuis, subangularis.

*** *Follis lateralibus revolutis.*

33. *arborescens*, fol. revolutis ovatis, caule fruticoso subvilloso. Burm. afr. 31. t. 13. Hab. in Cap. b. spei montibus. Cor. albae. ♄

34. *fruticosa*, fol. revolutis linearilanceolatis, caule fruticoso. Lin. Herm. Mill. dict. 1. 35. Pluck. alm. 36 t. 118. f. 2. β. crassifolia. L. Syst. Veg. p. 214. Hab. ad Cap b. spei. Nect. compressa absque

ungue, cujus loco auriculae duae, longiores, reflexae. L. ♄

35. *sibirica*, fol. revolutis lineari-lanceolatis oppositis ternatisque, caule decumbente. Gmel. sib. 4. p. 77. n. 21. Murr. comment. goetting. 1779. p. 23. t. 7. Hab. in Sibiria. Var. fol. alternis, binis et ternis. ♄

36. *davurica*, fol. linearibus subulatis piloso-ciliatis oppositis, umb. pedunculatis axillaribus, calycib. pilosis. Willd. p. 1272. Hab. in Davuria. Distincta fol. brevioribus, flor. umbellatis fere magnitudine A. syriacae. W. ♄

37. *setosa*, fol. linearibus revolutis oppositis, caule fruticoso. Vahl. symb. 1. p. 23. t. 8. A. setosa. Forsk. Hab. in Arabia felici. ♄

38. *filiformis*, caule erecto, fol. filiformibus, umb. lateralibus elongato-pedunculatis. Lin. suppl. p. 169. Thunb. prod. 47. Hab. ad Cap. b. spei.

*Obs.* Ascl. filiformis, Apoc. filiforme, et Cyn. filiforme ut simillima inter se diversa floribus.

39. *verticillata*, fol. revolutis linearibus verticillatis, caule erecto. L. Pluck. mant. 17. t. 336. f. 4. Hab. in Virginia. Pedunc. oppositifolii. Flor. albi.

40. *mexicana*, fol. revolutis lineari-lanceolatis senis, caule erecto. Willd. p. 1273. A. fol. verticillatis senis lanceolatis. Cav. ic. 1. p. 42. t. 58. Hab. in Mexico. ♂

**** *Foliis alternis.*

41. *longifolia*, caule decumbente foliisque sparsis praelongo-linearibus pulverulis. Michaux. p. 116. Var. fol. subverticillatim approximatis. In Georg. occidentalis sylv. Append. corollae genetatib. brevior et corniculo orbata. M.

42. *Linaria*, fol. sparsis subulatis canaliculatis, umb. lateralibus multifloris. Cav. ic. 1. p. 42. t. 57. Hab. . . . ♄

43. *rubra*, fol. alternis ovatis, umb. ex eodem pedunculo communi pluribus. L. Sp. pl. Gron. virg. 27. Hab. in Virginia.

44. *tuberosa*, foliis alternis lanceolatis hirtis, caule divaricato piloso. L. Michaux. Flor. 1. p. 117. (qui fol. dicit sparsa.) Herm. lugdb. 646. t. 647. Dill. elth. 35. t. 30. f. 34. Hab. in Amer. boreali. ♄

45. *floridana*, fol. alternis lanceolato-linearibus, subtus pubescentib. umbel. terminalibus, caule simplice piloso. Lam. enc. 1. p. 284. Pluck. Amalth. 18. t. 359. f. 4? Hab. in Florida. +

627. CEROPEGIA. Contorta. *Folliculi* 2 erecti. *Sem.* plumosa. *Cor.* urceolatae limbus connivens.

1. *Candelabrum*, fol. ovatis mucronatis, umbelli pendulis, floribus erectis. Willd. Sp. 2. p. 1275. Rheed. 9. t. 16. Hab. in Malabaria. ♄

2. *tuberosa*, fol. ovatis acutis, umbel. erectis, radice repente tuberose. Willd. Roxb. corom. 1. p. 12. t. 9. Hab. in Indiae locis incultis. ♄

3. *bulbosa*, fol. obovato-ellipticis cuspidatis, umbellis erectis, radice bulbosa. Willd. l. c. Roxb. 1. p. 11. t. 7. Hab. in siccis nemorosis Indiae. ♄

4. *bifora*, fol. ovatis, pedunc. bifloris. Willd. Lin. Fl. zeyl. 110. Hab. in Zeylona. Flor. recte extensi. ♄

5. *juncea*, fol. lanceolatis sessilibus, pedunc. subbifloris, caule carnoso. Willd. Roxb. 1. p. 12. t. 10. In Indiae siccis incultis. Flor. maximi albo-virescentes striis purpureis pulchre variegati. W. ♄

6. *acuminata*, fol. lanceolatis longe acuminatis, umb. multifloris rectis, radice bulboso. Willd. p. 1276. Roxb. 1. p. 12. t. 8. Hab. in Indiae nemorosis siccis. ♄

7. *sagittata*, umb. subsessilibus, fol. sagittatis. L. Mant. 215. Lam. ill. t. 179. f. 1. Hab. in Cap. b. spei arenosis. Corr. coccinea subcylindrica basi minus ventricosa. ♄

8. *tenuifolia*, flor. umbellatis, fol. linearibus integerrimis. Thunb. prod. 37. Lam. l. c. f. 2. Pluck. mant. 17. t. 336. f. 5. Hab. in Cap. b. spei duris. Apud Willd. Sp. 2. p. 1276. male *tenuiflora* nuncupata.

628. STAPELIA. Contorta. *Cor.* rotata. *Nect.* duplici stellula tegente genitalia. Folliculi 2. *Sem.* plumosa.

* *Cor. quinquefida, laciniis margine pilosis.*

1. *ciliata*, denticulis ramorum patentibus pedunculatis, corollis supra papillosis margine ciliatis, laciniis ovatis acutis planis. Masson. Stap. p. 9. n°. 1. t. 1. Hab. in locis siccissimis Cap. b. spei (ubi omnes species crescunt) infra Bockland Berg. Cor. flavescens. Willd. Sp. pl. 2. p. 1277. seqq. ♄

2. *revoluta*, ramis tetragonis erectis denticulatis, dentibus patentibus, cor. glabra, laciniis ciliatis acutis revolutis. Mass. p. 12. n°. 10. t. 10. Cum priore. Denticuli caulis recti. Cor. pulo minor pallide violacea. ♄

3. *hirsuta*, caule aphyllo tetragono, denticulis erectis, flore pedunculato, cor. hirsuta. Thunb. prod. 46. Jacq. misc. 1. p. 28. t. 3. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. flavescens striis transversalibus atro-violaceis, laciniis apice et margine violaceis. W. ♄

4. *sororia*, ramulis divaricatis quadrangularibus, angulis dentatis, dentibus remotis acutis incurvatis, cor. unicolori quinquefida, laciniis lanceolatis planis, villoso, margine ciliatis. Mass. p. 23. n°. 39. t. 39. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. mutantes, cor. unicolores. ♄

6. *grandiflora*, ramis quadrangularibus clavatis, angulis dentatis, dentibus remotis incurvatis, cor. magna plana quinquefida, laciniis lanceolatis acutis margine ciliatis. Mass. p. 13. n°. 11. t. 11. Hab. in locis calidis ad Sontags Rivier. ♄

6. *ambigua*, ramis erectis quadrangularibus clavatis, angulis dentatis remotis incurvatis, cor. magna plana quinquefida, laciniis lanceolatis hispidis, margine ciliatis. Mass. p. 13. n°. 12. t. 12. Hab. in desertis aridis Cap. b. spei. Distincta pedunculis multiflor. Cor. hispida rufo-purpurea, striis transversalibus atro-violaceis variegata. ♄

7. *pulvinata*, ramis ramulisque tetragonis reclinatis dentatis, cor. quinquefida plana, medio villosa, laciniis patentissimis rugosis acuminatis ciliatis. Mass. p. 13. n°. 13. t. 13. Hab. prope Camies Berg inter frutices. Cor. magna fundo elevato rufo valde villoso. Nect. atro-violacea.

8. *Asterias*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus brevibus erectis, cor. magna quinquefida, laciniis lanceolatis margine revolutis ciliatis. Mass. p. 14. n°. 14. t. 14. Hab. ad Cap. b. spei in Karro. Nectaria albida ♄

9. *gemmiflora*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus suberectis acutis, cor. plana scabra quinquefida, laciniis ovato-lanceolatis, margine ciliatis. Mass. p. 14. n°. 15. t. 15. Hab. in locis aridis inter frutices, ultra Platte-Kloof. Var cor. punctis aureis sparsis. Ab omnibus satis distincta : laciniis cor. superne 5-nervis, et cor. externe flava purpureo-maculata. ♄

10. *divaricata*, ramis pluribus tetragonis divaricatis glabris dentatis, dentibus parvis suberectis, cor. glaberrima quinquefida, laciniis lanceolatis patentibus, margine revolutis ciliatis. Mass. p. 17. n°. 22. t. 22. Cor. Boraginis rubrocarnea. Nectaria aurantiaca. ♄

11. *rufa*, ramis ramulisque erectis tetragonis sanguine dentatis, dentibus erectis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus acutis rugosis; margine ciliaribus. Mass. p. 16. n°. 20. t. 20. In locis calidis ultra Platte-Kloof. Cor. magnitudine floris Periplocae graecae. ♄

12. *acuminata*, ramis pluribus, suberectis tetragonis dentatis, cor. quinquefida plana glabra rugosa, laciniis caudato-acuminatis margine ciliatis. Mass. p. 17. t. 17. Hab. in Namaqualand. Cor. laciniis cuspidatis cinereis, striis atro-purpureis undulatis apice atro-purpureis, margine albo-ciliato. W. ♄

13. *reclinata*, ramis pluribus tetragonis reclinatis dentatis, dentibus acutis patentibus, cor. quinquefida recurvata, laciniis patentibus replicatis fimbriatis. Mass. p. 19. n°. 26. t. 26. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. parva, atro-purpurea. Nect. flava. ♄

14. *elegans*, ramis pluribus confertis oblongis dentatis, dentibus patentibus acutis, cor. quinquefida, laciniis triangularibus hispidis, margine fimbriatis. Mass. p. 19. n°. 27. t. 27. Hab. ad Cap. b. spei in Karro. Cor. atro-violacea, fundo pentagono rufescente. Nect. flava. W. ♄

15. *caespitosa*, ramis confertis procumbentibus, tetragonis dentatis, dentibus acutis patentibus, cor. quinquefida recurvata, laciniis patentibus replicatis ciliatis. Mass. p. 20. n°. 29. t. 29. Cum priore sub fruticibus. Cor. atro-purpurea, fundo circulari virescente. ♄

16. *arida*, ramis pluribus erectis tetragonis dentatis, dentibus patentibus acutis, flor. solitariis pedunculatis, cor. laciniis planis setaceis. Mass. p. 21. n°. 33. t. 33. Habit. in desertis siccis Kaunaland. Cor. parva pallide flava, laciniis basi punctatis, fundo circulari flavo. Nect. albida. ♄

17. *parviflora*, ramis tetragonis dentatis recurvatis, cor. parva, laciniis anguste planis patentibus margine ciliatis. Mass. p. 22. n°. 35. t. 35. In Namaqualand sub fruticibus. Cor. minima hujus generis, flavo-virescens, fusco-punctata. Nect. aurantiaca. ♄

18. *subulata*, cor. quinquefidis nutantibus, laciniis oblongis acuminato-cuspidatis pilosis, pilis secundis, ramis tetragonis atte-

nuatis nutantibus sub apice floriferis. Willd. p. 1283. Forsk. Cat. pl. Arab. p. 108. n°. 193. tab. 7. Hab. in Arabia felici. ♄

19. *concinna*, ramis ramulisque erectis tetragonis glaberrimis, angulis dentatis, dentibus erectis, cor. quinquefida plana hispida. Mass. p. 15. n°. 18. t. 18. Hab. in Karro. Cor. cinerea, striis undulatis fuscis setisque candidis, fundo fusco distincta. ♄

20. *glandulifera*, ramis pluribus suberectis tetragonis, angulis dentatis, dentibus erectis acutis, cor. plana glandulis setaceis clavatis tecta, laciniis ovato-lanceolatis acutis patentibus. Mass. p. 16. n°. 19. t. 19. Hab. circa Nord Olifants Rivier. Cor. sulphurea, pilis albis tecta. Nect. aurantiaca et nigra. ♄

** *Cor. quinquefidis, laciniis margine glabris.*

21. *pedunculata*, ramis pluribus divaricatis tetragonis subdentatis, pedunc. longissimis, cor. quinquefida, laciniis lanceolatis margine revolutis, angulis fimbriatis. Mass. p. 17. n°. 21. t. 21. Hab. in regionibus aridis Camies Berg. Cor. brunneo-purpurascens, variat colore lutescente. ♄

22. *aperta*, ramis pluribus divaricatis tetragonis dentatis, dentibus obtusissimis, pedunc. longiusculis, corolla quinquefida plana, laciniis ovatis obtusis rugosis. Mass. p. 23. n°. 37. t. 37. Habit. in Namaqualand prope Kock-Fontain. Similis praecedenti, pedunculo et ramis, sed flore distinctissima. Cor. purpurascens, lituris obscurioribus rugosa. Fundus cinerascens nigro-punctatus. ♄

23. *Gordoni*, ramis ramulisque teretibus tuberculatis, tuberculis spinosis, pedunc. solitariis, cor. magna decemfida. Mass. p. 24. n°. 40. t. 40. Habit. in Groot Namaqualand versus Orange Rivier. Cor. inter maximas hujus generis diametro fere triunciali, plana rotata fusco-flavescens, centro albicante. Nect. nigra. An hujus generis? ♄

24. *pilifera*, ramis pluribus teretibus sulcatis tuberculatis piliferis, flor. sessilibus solitariis. Mass. 17. n°. 23. t. 23. Lin. suppl. 171. Hab. in Cap. desertis, collibus aridissimis. Cor. atro-purpurea circulo rubro in medio. Comeditur ab Hottentottis, quibus audit Gunap. Mass. l. c. ♄

25. *caudata*, caule folioso, fol. linearioblongis, flore pedunculato, laciniis cor. linearibus. Thunb. prod. 46. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

26. *articulata*, articulis ramorum oblongis teretibus reticulatim obsolete verrucosis, spinulis minutis, flor. subsessilibus cor. supra papillosis, laciniis triangularibus. Ait. Kew. 1. p. 310. Mass. p. 20. n. 30. t. 30. Edulis cor. atra. Rami spicae femineae Zeae Mays haud absimiles sunt. Sequenti affinis. ♄

27. *mammillaris*, cor. quinquefidis glabris, laciniis lanceolatis, pedunc. cor. brevioribus, ramis medio floriferis erectis hexagonis tuberculatis, tuberculis spinosis. Willd. p. 1287. L. Mant. p. 216. Thunb. prod. 46. Burm. afr. 27. t. 11. †

28. *pruinosa*, ramis tetragonis dentatis, dentibus recurvatis, laciniis cor. planis ovatis pilosis. Mass. p. 24. n°. 41. t. 41. Hab. in regionibus siccis Namaqualand inter frutices. ♄

34. *dichotoma*, caule herbaceo dichotomo, fol. sessilibus ovato-oblongis canaliculatis recurvatis, pedunculis axillaribus unifloris. Ait. Kew. 1. p. 392. Herm. lugdb. 550. t. 553. Hab. in Aethiopia. ☉

35. *glomerata*, parvula, caule herbaceo dichotomo scabro, fol ovato-lanceolatis crassis, flor. ultimis fasciculatis. L. Plant. grass. ic. Caul. palmaris, scaber, purpurascens. Flor. conferti in capitula, ut in Valeriana, Sclerantho. Petala calyce triplo minora. L. Var. caul. scabrido.

36. *pulchella*, caule herbaceo dichotomo, fol. ovato-oblongis carnosis reflexis, flor. in dichotomiis pedunculatis, pedunculis turbinatis. Ait. Kew. 1. p. 392. Affinis priori, differt: cor. calyce fere longioribus.

37. *strigosa*, caule herbaceo erecto dichotomo, fol. obovatis strigosis, pedunculis unifloris. L. Syst. Veg. p. 252. Hab. in Aethiopia.

38. *muscosa*, caule herbaceo prostrato, fol. oppositis ovatis gibbis imbricatis, flor. sessilibus solitariis. L. C. fol. connatis ovatis acutis quadrifariam imbricatis, flor. lateralibus. Thunb. prod. 54. Hab. in Aethiopia et ad Cap. b. spei.

39. *pyramidalis*, fol. connatis ovatis obtusis quadrifariam incumbentibus, capitulis sessilibus. Lin. suppl. p. 189. Planta pulchra quadrangularis.

40. *columnaris*, caule pollicari, fol rotundis imbricatis, fasciculo subrotundo terminali. Lin. suppl. 191. Burm. afr. 19. t. 9. f. 2.

41. *hemisphaerica*, fol. connatis subrotundis ciliatis hemisphaerice imbricatis, caule aphyllo thyrsiflоro. Thunb. prod. 57.

42. *aloides*, fol. ovatis distinctis acutis ciliatis, caule simplici pilosiusculo, racemo composito, ramis paniculaeformibus. Ait. Kew. 1. p. 394. Pedunc. divisi in cymas trichotomas.

43. *capitella*, fol. oblongo-lanceolatis acutis connatis ciliatis, caule laevi, racemo elongato, flor. fasciculatis subsessilibus. Ait. Kew. 1. p. 394. Lin. suppl. 190. ♂

44. *Cotyledonis*, fol. connatis oblongis tomentosis ciliatis, caule subnudo, flor. corymbosis aggregatis. Lin. suppl. 190.

45. *barbata*, folia connatis articulatis barbatis hemisphaericis imbricatis, caule subrotundo, flor. verticillatis. Lin. suppl. p. 188.

46. *ciliata*, fol. oppositis ovalibus planiusculis distinctis ciliatis, corymbis terminalibus. Lin. Plant. grass. ic. Dill. elth. 116. t. 98. f. 116. Hab. in Aethiopia et Cap. b. spei. Cor. flava.

47. *odoratissima*, fol. oppositis amplexicaulib. linearibus ciliatis, flor. capitatis. Andrew Repos. t. 26. Ad Cap. b. spei. Flor. lutei, odoratissimi praesertim nocte.

48. *thyrsiflora*, fol. perfoliatis ovatis ciliatis patulis, corymbo composito attenuato. Lin. suppl. p. 90.

49. *spicata*, fol. connatis linearis-subulatis, scapo subnudo, spica verticillata, verticillis inferioribus remotioribus. Lin. suppl. p. 189.

50. *subulata*, fol. subulatis teretibus patentibus, caule herbaceo. L. Pet. gaz. t. 89. f. 8. Herm. lugdb. t. 552.

51. *acutifolia*, fol. oppositis carnosis tereti-subulatis patentibus, cyma parva pedunculata. Lam. enc. 1. p. Plant. grass. ic. Hab. . . . Differt a priore flor. pedunculo nudo insidentibus.

52. *alternifolia*, fol. serrato-dentatis planis alternis, caule simplicissimo, flor. pendulis. L. Burm. afr. 58. t. 24. f. 1. Hab. in Aethiopia.

53. *rubens*, fol. fusiformibus subdepressis, cyma quadrifida foliosa, flor. sessilibus, staminibus reflexis. L. Plant. grass. ic. Sedum caule hirsuto, ramis simplicibus, floribus in alis sessilibus. Hall. hist. n°. 960. Scheuchz. it. 1. p. 48. t. 6. f. 3. 4. Lachenal. Act. helv. 7. p. 331. t. 11. Hab. in sylvaticis et ad rupes. Facie Sedi.

54. *cespitosa*, caule subdiviso, foliis globoso-subrotundis imbricatis, flor. terminalibus sessilibus. Willd. p. 1560. Cav. ic. 1. p. 50. t. 69. f. 2. Hab. in Hispania. ☉

55. *minima*, fol. petiolatis subrotundis integris, pedunc. unifloris. Thunb. prod. 57.

56. *moschata*, caule herbaceo procumbente, fol. connatis oblongis acutis, pedunculis axillaribus unifloris, flor. tetrandris. Willd. p. 1561. Forst. in Comment. Soc. Gott. 9. p. 26. Hab. in Terra del Fuego.

*Obs.* Forte a Crassulis distincta ob singularem filamentorum situm. Willd.

57. *verticillaris*, caule herbaceo, fol. patentibus, flor. verticillatis aristatis. L. Tillaea erecta. Hort. ups. 24. Hab. in Europa australi. Caul. ramosissimus, diffusus. ☉

58. *expansa*, fol. semicylindrico-subulatis supra canaliculatis patentibus, pedunc. axillaribus solitariis unifloris, caul. dichotomis. Ait. Kew. 1. p. 390.

59. *dentata*, foliis petiolatis cordatis, dentatis. Thunb. prod. p. 57.

60. *nudicaulis*, fol. subulatis radicalibus, caule nudo. Dill. elth. 116. t. 99. f. 115. Hab. in Aethiopia. ♄

61. *tecta*, foliis connatis ovatis obtusis cinereo-lamellosis, scapo nudo, capitulo terminali. Lin. suppl. 190.

62. *cephalophora*, fol. connatis linearioblongis obtusis integris, capit. lateralibus pedunculatis. Linn. suppl. 190.

63. *montana*, fol. connatis ovatis acutis ciliatis, caule subnudo, flor. aggregatis. Lin. suppl. 189.

64. *turrita*, f. l. connatis quadrifariam imbricatis ovato-oblongis acutis ciliatis. Lin. suppl. 189. ☉

65. *alpestris*, fol. connatis ovatis acutis quadrifariam imbricatis, capitulis pedunculatis, caule folioso. Lin. suppl. 189.

66. *marginata*, fol. connatis ovatis margine membranaceis, pedunculis unifloris, caule debili. Thunb. prod. 56.

67. *tomentosa*, villoso-scabra, foliis connatis lanceolatis villosis ciliatis, caule subnudo terminato, spica verticillata. Lin. suppl. p. 190. Thunb. prod. 56.

68. *crenulata*, fol. connatis lanceolatis punctato-crenulatis, caule folioso, corymbo decomposito. Lin. suppl. 189.

69. *deltoidea*, fol. connatis deltoidibus patulis acutis, caule tecto, flor. corymbosis. Lin. suppl. 189. Fol. ut in Mesembr. deltoideo.

70. *orbicularis*, sarmentis proliferis determinate foliosis, foliis patentissimis imbricatis ciliatis. Plant. grass. ic. Dill. elth. 119. t. 100. f. 118. Caul. nullus, sed propagines repentes orientes e fol. rosulis. Dec.

71. *sparsa*, fol. alternis subspathulatis acutis integerrimis, racemo composito. Ait. Kew. 1. p. 395.

72. *diffusa*, fol. oblongis basi attenuatis remote crenatis, pedunc. oppositifoliis axillaribusque solitariis. Ait. Kew. 1. p. 395.

73. *prostrata*, decumbens pellucida, fol. lanceolatis acuis. Thunb. prod. p. 54.

74. *pellucida*, fol. subpetiolatis ovato-lanceolatis, filiformi diffuso-pellucido. Thunb. prod. 54. Dill. elth. 113. t. 100. f. 119. Hab. ad Cap. b. sp. cum prioribus.

755. COMMERSONIA. *Cal.* monophyllus, corollifer. *Petala* 5. *Nect.* 5-partitum. *Caps.* 5-locularis, echinata.

1. *echinata*. Linn. suppl. 189. Lam. ill. t. 218. Rumph. 3. t. 119. Hab. in insulis Societatis. Arbor fol. alternis oblique ovatis, subtus canis. Flor. miauti paniculati cani. L. ♄

756. SIBBALDIA. *Cal.* 10-fidus. *Petala* 5, calyci inserta. *Styli* e latere germinis. *Sem.* 5.

1. *procumbens*, fol. ternatis: foliolis superne glabris subtus pilosis, flor. corymbosis, petal. lanceolatis acutis longitudine calycis. Willd. in Act. Soc. Ber. 2. S. procumbens, fol. tridentatis. Lin. Flor. Lapp. 111. Flor. dan. t. 32. Hab. in alpibus. ♄

2. *parviflora*, procumbens, fol. ternatis: foliolis utrinque strigoso-pilosis tri-

dentatis, flor. glomerato-capitatis, petal. obovatis, cal. duplo brevioribus. Willd. in Act. Soc. Ber. v. 2. Fragaria orientalis, flore luteo minimo. Tournef. Cor. 21. Hab. in Capadocia.

3. *erecta*, erecta, foliolis linearibus multifidis. Gmel. sib. 3. p. 186. Amm. ruth. 112. t. 15. Hab. in Sibiria.

4. *altaica*, erecta, foliis linearifiliformibus tripartitis. Willd. p. 1567. Lin. suppl. 191. Pall. in Act. petrop. 1773. t. 18. f. 2. Hab. in alpibus Altaicis Sibiriae. Flor. purpurei. ♄

## DECAGYNIA.

757. SCHEFLERA. *Cal.* 5-dentatus, superus. *Petala* 5. *Caps.* 8-10-locularis: loculis monospermis.

1. *digitata*. Forst. gen. 23. Willd. p. 1568. Lam. ill. t. 221. Hab. in N. Zeelandia. Araliae species. Dryand.

## POLYGYNIA.

758. MYOSURUS. *Cal.* 5-phyllus, deciduus, basi porrectus. *Nect.* (*Petala*) 5, lingulata, petaliformia. *Sem.* numerosa, in receptaculo longo caudaeformi.

1. *minimus*, fol. integerrimis linearibus. Flor. dan. t. 406. Lam. ill. t. 221. Hab. in collibus apricis et agris. Vere. Variat stam. 5-8. Petala antheriformia. ☉

759. CERATOCEPHALUS. *Cal.* 5-phyllus, persistens. *Petala* 5, poro ad ungues mellifero, squamula tecto. *Semina* plurima, per paria dorso adnata rostro acinaciformi. *Receptaculum* demum elongatum, spicaeforme.

1. *falcatus*, scapo erecto 1-floro, fol. radicalibus cuneiformib. tripartito-multifidis. Ceratocephala spicata. Moench. meth. pl. p. 218. Ranunculus falcatus. Lin. Willd. Sp. II. 2. p. 13. Ran. ceratocephalus. Moris. s. 4. t. 28. f. 22. Bocc. sic. t. 14. f. 3. Jacq. Flor. austr. t. 48. Habitat inter segetes Europ. australioris et in Oriente. Quoad scapum antecedenti generi affinis. Var. Stam. 5-8. ☉

*Obs.* An cum Myosuro conjungi potest?

760. ZANTHORHIZA. *Cal.* 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, pedicellata. *Caps.* 5, monospermae.

1. *apiifolia*. L'Herit. stirp. 1. p. 79. t. 38. Hab. in Nova Georgia et Carolina. Frutex humilis. Fol. Flor. atro-violacei paniculati. ♄

## MONOGYNIA.

Exacа quaedam. Prinos. Rubiae et Cruciatellae nonnullae. Pavetta pentandra. Oldenlandia pentandra. Loranthi quaedam species. Cornus albida. Frankenia laevis. Polycnemum oppositifolium. Caesalpinia Crista, pentandra. Cassia pilosa, serpens, nictitans, Chamaecrista, Guilandinae s. Hyperantherae quaedam. Ceratonia Siliqua. Bombax pentandrum Polygonum amphibium, Lapathifolium. Samara floribunda, pentandra. Passerina pentandra. Trianthema crystallina. Citharexylum pentandrum.

## DIGYNIA.

Apocyneae, nonnulla genera secundum Linné. Oldenlandia digyna. Zizyphi (Rhamnus). Cissus hederacea, Ampelopsis, stans (Vitis arborea. L.) Brunia nodiflora, paleacea (quae digynae). Polygonum filiforme. Scleranthus annuus. Trianthema 5-andra. Polygonum virginianum, etc.

## TRIGYNIA.

Polygonum ocreatum. Hydrolea trigyna. Minuartia montana. Arenaria rubra,

tenuifolia. Rhamnus Paliurus. Celastrus. Euphorbia antiquorum, maculata, articulata, cyparissias? Aralia capitata. Salsola salsa, fruticosa. Xylophyllae. Lin.

PENTAGYNIA.

Spergula arvensis, pentandra. Cerastium pentandrum, semidecandrum. Suriana maritima. Mesembryanthemum pinnatifidum. Erodium. Actinophyllum pentandrum. Mohernae. Lin.

POLYGYNIA.

Ranunculus hederaceus.

# CLASSIS VI.

# HEXANDRIA.

## MONOGYNIA.

761. MUSA. *Spatha* supera. *Cor.* 2-petala : petalo altero erecto 5-dentato, altero concavo nectarifero. *Stam.* 6 quorum nunc 1, nunc 5 perfecta (ex Linnæo), *Bacca* oblonga, triquetra, polysperma.

1. *paradisica*, spadice nutante, flor. masculis persistentibus. Lin. Trew. Ehr. t. 18–20. M. cliffortiana. Lin. Mus. 1. t. 1. β. fructu majore. Plum. N. genera p. 24. Hab. in utraque India et Africa. In caldariis communiter colitur. ♄

2. *sapientum*, caudice maculato, spadice nutante, flor. masculis deciduis. Lin. Trew. Ehr. 4. t. 21–23. Sloan. Jam. hist. 2. p. 147. Hab. in Amer. orientali.

3. *troglodytarum*, spadice erecto, spathis deciduis. Lin. M. uranoscopus. Rumph. 5. p. 137. t. 61. f. 2. Hab. in Moluccis. Fruct. parvus, irregularis rubicund. striis nigricantibus. ♄

4. *coccinea*, spadice erecto, flor. capitatis, spatis confertis coccineis maximis apice luteis. Andrew. t. 47. Hab. in China, Sumatra, Java, etc. Stam. 5. Germen ovatum, laeve. Stigm. capitatum, laeve.

5. *humilis*, spadice subsexfloro, bacca violacea. Aubl. Guj. 2. p. 931. Hab. in Gujana. †

*Obs.* De priore hujus generis specie consuli meretur C. Medicus Pflanzen-Physiologische Beobachtungen. 1803. Secundum ejus aliorumque observationes hoc genus melius ad Pentandriam transferri debet.

762. URANIA. *Cal.* o. *Cor.* tripetala. *Nectar.* 2-phyllum : foliolo altero bifido. *Caps.* infera, trilocularis, polysperma. *Semina* biserialia, arillo tecta.

1. *speciosa*. Willd. Sp. pl. II. 1. p. 7. Ravenalia madagascariensis. Sonner. it. ind. t. 124. 125. Juss. gen. Jacq. hort. Schoenb. 1. t. 93. Hab. in Madagascariae locis padulosis. Arbor facie Musae vel Heliconiae, altissima. ♄

763. BROMELIA. *Cal.* 3-fidus, superus. *Petala* 3. Squama nectarifera ad basin petali. *Bacca* trilocularis.

1. *Ananas*, fol. ciliato-spinosis mucronatis, spica comosa. L. Willd. Sp. II. p. 7. Comm. hort. 1. t. 57. Trew. Ehret. t. 2. Blackw. t. 567. β. *inermis*, fructu comoso, fol. inermibus. Ananas lucide virens, folio vix serrato. Dill. elth. 25. t. 21. f. 22. A. lucida. Mill. dict. nº. 4. Hab. in Amer. australi. Flor. violacei. ♄

2. *Pinguin*, fol. ciliato-spinosis mucronatis, racemo terminali. Jacq. amer. ed. picta. t. 91. Trew. Ehr. t. 51. Pinguin. Dill. elth. 320. t. 240. f. 311. Hab. in Jamaica, Barbados. Pro sepibus vivis adhibetur. ♄

3. *incarnata*, fol. serrato-spinosis obtusis cum acumine, racemo simplici flexuoso, bract. inferioribus maximis lanceolatis. Flor. Peruv. 3. p. 32. t. 252. Hab. in Andium memorib. supra arbores. Petal. purpureo-violacea. Bacc. canescens.

4. *sphacelata*, fol. ensiformib. acutissimis ciliato-aculeatis, spic. axillaribb. conico-truncatis, bract. medio sphacelatis.

Flor. Peruv. l. c. In regn. Chilens. umbrosis et subhumidis. Bract. basi albescentes. Pet. purpurea.

5. *bicolor*, fol. ensiformib. ciliato-aculeatis: interiorib. puniceis, flor. aggregato-conicis, bract. oblongis. Flor. Peruv. l. c. p. 33. Hab. in R. Chilens. littorib. supra saxa. Bacc. incana. Pet. caerulea.

6. *Karatas*, fol. erectis, flor. acaulibus sessilibus aggregatis. Jacq. amer. Hort. 31. 32. Hab. in Amer. meridionali. Stolones inter folia, peracto fructu, radicantes, propagantes plantam.

7. *lingulata*, fol. serrato-spinosis, obtusis, spicis alternis. Plum. gen. 26. ic. 64. f. 1 Com priore. Hab. in Amer. meridionali. ♄

8. *bracteata*, fol. serrato-spinosis, bracteis ovato-lanceolatis, scapo elongato, racemo composito, racemulis subdivisis, flor. sessilibus. Swartz. Houst. reliq. p. 7. t. 16. Hab. in rupestribus et in Jamaica et Vera Cruce. Bract. coccineae. ♄

9. *paniculigera*, fol. serrato-spinosis bracteis lanceolatis, racemo composito, racemulis subdivisis, flor. pedunculatis. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 585. Hab. in America. Bracteae lato-lanceolatae semipedales, coccineae. ♄

10. *chrysantha*, fol. serrato-spinosis, bracteis lanceolatis dentatis, racemo subcomposito fol. breviore, flor. pedunculatis. Willd. p. 9. Jacq. Schoenb. 1. p. 28. t. 55. Hab. ad Caracas. Bract. flavescentes dentatae. ♄

11. *humilis*, subacaulis, flor. aggregatis sessilibus, axillis stoloniferis. Jacq. Misc. 2. p. 325. Ic. rar. 1. t. 60. Hab. . . . ♄

12. *Acanga*, panicula diffusa, fol. ciliato-spinosis mucronatis recurvatis. Caraguata. Pis. bras. 90. t. 91. Moris. s. 4. t. 22. f. 7. Hab. in Brasilia. ♄

764. PITCAIRNIA. *Cal.* 3-phyllus semisuperus. *Petala* 3. Squama nectarifera ad basin petalorum aut 0. *Stigmata* 3, contorta. *Caps.* 3, introrsum dehiscentes. *Sem.* alata, aut utrinque in setam longam terminata.

1. *bromeliaefolia*, fol. ciliato-spinosis, pedunculis germinibusque glaberrimis. Ait. Kew. 1. p. 401. Schneev. ic. fasc. 4. t. 11. L'Herit. sert. angl. p. 7. t. 11. Hepetis angustifolia. Swartz. prod. 56. Hab. in Jamaica, ad rupes umbrosas. ♄

2. *angustifolia*, fol. ciliato-spinosis, pedunculis germinibusque tomentosis. Ait. Kew. 1. p. 401. Hab. in insula St. Crucis. ♄

3. *latifolia*, fol. integerrimis, basi subspinosis. Ait. l. c. Wendl. Hort. Herrenh. t. 3. Bromelia nudicaulis. Lin. Habit. in Amer. meridion. Flor. spicati coccinei. Fl. hyeme.

4. *lanuginosa*, scapo racemoso-spicato simplicissimo, fol. anguste ensiformibus subtus lanuginosis ultra basin aculeatis. Flor. Per. 3. p. 35. t. 258. Hab. ad Pozuzo nemora supra saxa. Flor. violacei. ♄

5. *pulverulenta*, scapo paniculato composito, fol. ensiformib. subtus pulverulentis: inferioribus petiolatis. Flor. Per. 3. p. 36. t. 259. In Andium nemoribus. Flor. punicei.

6. *paniculata*, scapo paniculato, panic. decomposita, fol. ensiformib. serrato-aculeatis pulverulentis. Flor. Per. l. c. t. 260. Cor. coccinea. Hab. in Andium montibus.

7. *ferruginea*, scapo paniculato, panicula diffusa, fol. ensiformib. aculeatis, flor. recurvo-falcatis. Flor. Per. l. c. Hab. in collib. aridis prope Limam urbem. Cor. subpurpurea.

† *Cal. infero, tripartito. Anther. incumbentibus linearibus. Caps. valvis septiferis. Flor. Per.* (Pourretia.)

8. *crystallina*, spica maxima thyrsoidea, fol. ensiformib. aculeatis, cal. lanatis. Pourretia *lanuginosa*. Flor. Peruv. 3. p. 33. t. 255. Hab. in Peruviae nemorosis et collibus. Cor. obscure viridis. Ex spica gummi crystallinum undique profluit. *loc. cit.*

9. *pyramidata*, spica pyramidata, fol. ensiformib. margine purpureis aculeatis, cor. luteo-virentibus. Flor. Peruv. p. 34. sub Pourretia uti sequens. Hab. in Peruv. montibus supra saxa.

10. *coarctata*, spica composita coarctata, fol. ensiformib. aculeatis, cor. luteis ad basin macula purpurea. Flor. Per. l. c. Renealmia. Fewill. 3. p. 69. t. 39. Puya. Molin. Hist. Chil. Puya Chilensis. Gmel. syst. II. p. 553. Hab. in regn. Chilensis collib. aridis. Chilenses caule substantia suberoso, ad vascula varia formanda utuntur. ♄

765. GUZMANNIA. *Cal.* inferus tripartitus: laciniis convolutis. *Petala* 3, in tubum convoluta.

*Antherae* in cylindrum coalitæ. *Caps.* 3-locularis, trivalvis. *Sem.* numerosa, oblonga, nuda.

1. *tricolor*, scap. tricolore, fol. inermibus. Flor. Peruv. 3. p. 39. t. 261. Pourretia sympagantera. Syst veg. Flor. Peruv. et Chil. p. 82. Hab. in Peruviæ montib. ad arborum truncos. Cor. alba, ephemera. ℞

766. ÆCHMEA. *Cal.* inferior (aut squama germen amplectens) monophyllus, cyathiformis subtrifidus : *superior* tripartitus coriaceo-scariosus : laciniis margine convolutis. *Petala* 3. *Squamæ* 2, ad basin singuli petali. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* obovata, pulpa molli nidulantia.

1. *paniculata*, scap. paniculato-racemoso, fol. ensiformibus carinatis aculeatis. Flor. Per. 3. p. 37. t. 264. Hab. in Andium nemorib. supra arbores. Cor. luteo-virens. Flor. marcescendo spiraliter convoluti.

767. TILLANDSIA. *Cal.* 3-fidus, persistens, subconvolutus. *Cor.* 3-fida, campanulata. *Caps.* 1-3-locularis. *Sem.* comosa.

1. *utriculata*, culmo paniculato, fol. amplioribus attenuatis basi ventricosis, spica assurgenti compressa brachiata, flor. sub. sessilibus. Brown. jam. 194. Willd. Sp. II. p. 11. Hab. in Americæ meridionalis arboribus. ℞

2. serrata, fol. superne serrato-spinosis, spica comosa. Plum. gen. 10. ic. 72. f. 1. Hab. in America meridionali.

3. *lingulata*, fol. lanceolato-lingulatis integerrimis : basi ventricosis. Jacq. amer. 92. t. 62. Ed. picta. t. 92. Plum. gen. 10. ic. 74. Sloan. jam. 77. hist 1. p. 189. t. 110. In Amer. meridion. arborib. vetustis parasitica.

4. *tetrantha*, erecta, scapo flexuoso, pedunc. ex spathis quadrifloris reflexis. Flor. Peruv. 3. p. 39. t. 265. Hab. in Andium nemorib. supra arbores et saxa. Petal. violacea.

*Obs.* Utriculus ab omnium foliorum convolutione formatus aqua repletur, quam per plures dies retinet.

5. *rubra*, panic. simplice rubra, spic. indivisis, fol. ensiformibus subacuminatis. Flor. Peruv. In Peruv. præruptis calidis ad Tarmae tractus. Petal. purpureo-violacea.

6. *maculata*, panic. composita, spic. subdivisis, fol. lanceolato-ensiformibus maculatis. Flor. Peruv. 3. p. 40. t. 267. In Andium nemorib. supra saxa et arbores.

*Obs.* Etiam in hac specie aqua pluvialis in folior. urceolo colligitur. Supra pariétes et templorum porticus ab indis transfertur, ubi, ornementi causa, viget. l. c.

7. *bifiora*, scap. racemoso, flor. geminis, fol. ensiformib. acutis. Flor. Per. p. 41. t. 268. Cum priore. ℞

8. *parviflora*, panic. simplici spicul. 3" 7, flor. distichis, fol. subulatis basi amplissima. Flor. Per. l. c. t. 269. Petal. albida. Fol. canescentia, squam. furfuraceis. ℞

9. *heptantha*, spic. septemflora disticha, petal. albis apice violaceis, fol. ensiformib. subulatis acutissimis. Flor. Per. p. 41. In Peruv. præruptis calidis.

10. *purpurea*, panic. polystachia rosacea, flor. distichis, fol. ensiformi-subulatis recurvis. Flor. Per. t. 270. Hab. in saxosis et arenosis locis, et collibus. Pet. lamina purpurea.

11. *sessiliflora*, scapo spicato simplici, flor. solitariis sessilibus, fol. sublinguiatis retusis. Flor. Per. 3. p. 42. t. 271. In Peruv. locis calidis. Flor. bract. concavis suffulti. ℞

12. *tenuifolia*, spicis alternis imbricatis, flor. distichis, fol. lineari-filiformibus erectis, apice setaceis. Swartz. fl. ind. occ. 1. p. 592. Plum. gen. 37. ic. 232. f. 2. Sloan. jam. t. 122. f. 1. Cum priore.

13. *flexuosa*, spicis laxis flexuosis, flor. distichis remotiusculis, foliis lanceolato-linearibus reclinatis, caule apice subdiviso. Swartz. p. 590. T. *tenuifolia*. Jacq. amer. p. 92. t. 63. Ed. p.... Hab. in arborum ramis Jamaicæ et Carthagenæ.

14. *setacea*, spica simplici, spathis distichis imbricatis, fol. lineari-filiformibus reclinatis glabris. Swartz. l. c. Hab. in Jamaicæ arboribus. Similis T. tenuifoliæ. ℞

15. *paniculata*, fol. radicalibus brevissimis, culmo subnudo, ramis subdivisis adscendentibus. L. Plum. gen. 27. ic. 237. Hab. in America meridionali.

16. *fasciculata*, spicis lateralibus distichis imbricatis, fol. lanceolato-subulatis erectis strictis. Fl. ind. occid. 1. p. 586. T. *clavata*. Lam. Hab. in maritimis Jamaicæ, arboribus adhærens. Swartz. l. c. ℞

17. *nutans*, spicis subdivisis nutantibus, flor. distinctis ovatis, fol. ovato-lanceolatis membranaceis, caule subnudo. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 586. Hab. in montosis Jamaicae ad arborum ramos. ♄

18. *polystachya*, culmo spicis imbricatis lateralibus. L. Plum. gen. 37. Hab. in Amer. calidiore.

19. *monostachya*, fol. linearibus canaliculatis reclinatis, culmo simplici imbricato, spica simplici. L. Plum. gen. 37. ic. 239. f. 1. Hab. in America meridionali. Flor. nivei.

20. *pruinosa*, spica simplici, spathis imbricatis, fol. lanceolato-linearibus reclinatis, spathisque squamuloso-tomentosis. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 594. In arborum ramis vetustis Jamaicae. Non confundenda cum T. recurvata. Sw. ♄

21. *canescens*, spicis subternis, fol. linearibus erectis caulem aequantibus incanis. Swartz. Flor. 1. p. 595. Hab. ad maris littora Jamaicae in arboribus. T. polystachyae proxima. ♄

22. *angustifolia*, spicis fasciculatis, fol. lineari-lanceolatis suberectis glabris caulem superantibus. Swartz. l. c. Hab. in Jamaica et Hispania. Distinguenda a T. polystachya. ♄

23. *capillaris*, caul. dichotomo, pedunc. subuniflori capillari, fol. triplo longiori glabro, fol. linear-subulatis. Flor. Per. p. 42. 271. In Peruv. locis calidis, frequens in muris et supra saxa, arbores. Caespitosa, squamis furfuraceis densis tecta. Sequenti affinis.

24. *recurvata*, pedunc. bifloro, fol. paullo longiori leproso, fol. subulatis declinatis erectisque. Flor. Per. t. 271. Lin. Sp. pl. 2. p. 7. Sloan. Jam. hist. 1. p. 190. t. 121. f. 1. Hab. in Jamaicae et Peruviae locis calidiorib. supra arbores, saxa et parietes. Cal. purpurasc. Pet. violacea. ♄

25. *virescens*, pedunc. 1-floro longitudine fol.; bract. solitaria convoluta, fol. linear-subulatis. Flor. Peruv. p. 43. t. 270. Caps. virescens.

26. *Usneoides*, pedunc. 1-floro brevi, caul. ramoso filiformi flexuoso pendulo, fol. subulato-filiformibus. Flor. Peruv. p. 43. T. *usneoides*, filiformis ramosa intorta scabra. Lin. Willd. l. c. p. 15. Sloan. l. c. t. 122. f. 2 et 3. Cuscuta. Pluck. alm. t. 26. f. 5. Hab. in America.

*Obs.* Incolae hac planta contra haemorrhoidas utuntur. Etiam ad varias res, natura praesertim fragiles, transportandas frequenter sumitur.

768. XEROPHYTA. *Cor.* 6-partita aequalis, tribus laciniis exterioribus angustioribus. *Stigm.* clavatum. *Caps.* scabra, infera, 3-locularis, polysperma.

1. *pinifolia*. Juss. Willd. Sp. II. p. 15. Lam. ill. gen. t. 225. Hab. in Madagascar. Arida, ramis alternis. Fol. linearia, pungentia. ♄

769. BURMANNIA. *Cal.* prismaticus, coloratus, 5-fidus: angulis membranaceis. *Petala* 3. *Caps.* 3-locularis, recta. *Sem.* minuta.

1. *disticha*, spica gemina. Burm. zeyl. 50. t. 20. f. 1. Willd. p. 16. Hab. in Zeylonae paludosis. ♄

2. *biflora*, flor. gemino. L. Mill. dict. n°. 2. Hab. in Virginiae paludosis.

770. TRADESCANTIA. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3. *Filamenta* villis articulatis. *Caps.* 3-locularis.

1. *virginica*, erecta, fol. lanceolatis glabris, flor. umbellato-congestis terminalibus. Willd. Sp. II. p. 16. Moris. 2. 15. t. 2. f. 4. Hab. in Virginia. Flor. pubentes. ♄

2. *rosea*, erecta, fol. lanceolatis (graminis), umbel. terminalibus pauciflori involucro longioribus. Vent. Hort. Cels. p. 24. t. 24. Michaux. Flor. 1. p. 193. Hab. in Carolinae et Georgiae sabulosis subudis. Fol. longa. Cor. rosea. ⊙

3. *latifolia*, caul. erecto simplici, fol. lanceolato-ovatis, flor. terminalibus subumbellatis involucratis. Flor. Peruv. 3. p. 44. t. 272. Hab. in Peruviae collibus, et in montibus Limae. Cal. hirsutus, viscosus. Petal. violacea. Styl. incurvus. ⊙

4. *crassifolia*, erecta, fol. ovatis margine et subtus lanatis, flor. umbellato-congestis terminalibus. Willd. p. 17. Cav. ic. 1. p. 54. t. 75. Hab. in Mexico. Caul. lanatus, ramosus. Flor. maximi. ♄

5. *erecta*, erecta, fol. ovatis basi angustatis glabris, pedunculo terminali nudo bifido racemoso. Willd. Cav. ic. 1. p. 53. t. 74. Jacq. ic. rar. 2. t. 354. Coll. 4. p. 114. T. *undulata*. Vahl. Act. Haf. 2. P. 2. p. 27. t. 3. T. bifida. Roth. catal. bot. 1. p. 42. Cum priore.

6. *discolor*, acaulis laevis, bracteis equitantibus compressis, fol. lanceolatis carnosis subtus coloratis. Smith. icon. pict. p. 10. t. 10. Swartz. l. c. p. 607. L'Herit. sert. dugl. p. 8. t. 12. Hab. in America meridionali, in regionibus sinu Mexicano proximis. ♆

7. *malabaria*, erecta laevis, pedunc. solitariis longissimis. Sp. pl. 412. Rheed. 9. t. 63. Hab. in Malabaria. ♆

8. *nervosa*, scapo unifloro. L. Mant. 223. Hab. in Surattæ? Caul. diffusi. Stamina 6, pilis violaceis. Stylus apice hamosus.

9. *divaricata*, caule dichotomo, fol. ovato-lanceolatis glabris, vaginis villosis, florib. paniculatis, filamentis glabris. Vahl. eclog. 1. p. 34. Commelina hexandra. Aubl. guian. 1. p. 35. t. 12. Hab. ad fluviorum ripas Guianæ, Cajennæ, inque insula Trinitatis.

10. *geniculata*, procumbens hirsuta. L. T. caule paniculato, basi repente. Jacq. amer. 94. t. 64. Plum. ic. 116. f. 2. Hab. in America meridionali. ♆

11. *monandra*, diffusa, fol. ovatis acuminatis, pedunc. axillaribus multifloris, flor. monandris. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 597. Hab. in nemoribus montium Hispaniolæ occidentalis. Filam. huic et a sequentibus glabra sunt. ☉

12. *multiflora*, erecta ramosa, fol. cordatis margine vaginisque ciliatis, pedunc. confertis axillaribus, flor. triandris. Swartz. l. c. p. 569. Hab. in umbrosis sylvaticis montium Jamaicæ.

13. *cordifolia*, repens filiformis, fol. cordatis, pedunculis terminalibus solitariis multifloris Swartz. Flor. 1. p. 601. Hab. in montibus altis Jamaicæ, locis umbrosis raminosis humidis. ☉

14. *procumbens*, caule procumbente radicante, fol. ovatis basi ciliatis vaginatis, pedunc. cymosis axillaribus, flor. 6-andris. Willd. Sp. p. 19. T. *multiflora*. Jacq. ic. 2. t. 355. Ej. Collect. 3. p. 226. Hab. ad Caracas. ♆

15. *parviflora*, repens, fol. ovato-oblongis floriferis subcordatis, pedunc. umbellatis axillaribus. Flor. Peruv. 3. p. 43. t. 272. f. 2. Hab. in Peruvia. Filam. 3. glabra, 3-hirsuta. Fol. subtus purpurascentia.

16. *axillaris*, caule ramoso basi repente, flor. sessilibus lateralibus. L. Plucknet. 135. t. 174. f. 3. Rheed. 10. t. 13. Hab. in India. Fol. lineari, vaginis coloratis longius ciliatis. Stylus clavatus. ☉

16. *formosa*, fol. oppositis connatis. T. *nodiflora*, caule simplici flexuoso, foliis brevissimis margine et vagina villosis, flor. axillaribus sessilibus glomeratis. Lam. enc. 2. p. 367. Hab. ad Cap. b. spei. Stylus apice barbatus.

17. *cristata*, repens laevis, spathis diphyllis imbricatis. Jacq. Hort. t. 137. Commelina cristata. L. Hab. in Zeylona. Filam. pilis caeruleis cor. breviora. Stylus clavatus. Stigma tubulosum, crenatum. ☉

18. *papilionacea*, repens laevis, spathis triphyllis imbricatis. Burm. ind. 17. t. 7. f. 1. Hab. in India. Spatha refert florem papilionaceum. Cor. violacea. Stam. breviores. ☉

ZANONIA. *Cal.* 3-partitus. *Cal.* 3-petala, demum baccans. *Filam.* villosa. Anthe geminae uniformes. *Caps.* 3-loculoris, corolla baccante inclusa. *Zan. bibracteata. Cramer Eumer. pl. p. 75.*

19. *Zanonia*, erecta, fol. lato-lanceolatis, pedunc. lateralibus solitariis medio geniculatis, bract. geminis. Swartz. prodr. p. 57. Willd. p. 17. Commelina Zanonia. Lin. Z. graminea perfoliata. Plum. gen. 38. Sloan. hist. 1. t. 147. f. 1. Hab. in Jamaicae australioris nemorib. et in Guiana. Caul. altissimus.

771. POLLIA. *Cor.* infera, 6-petala. *Pet.* 3-exteriora majora. *Bacc.* polysperma.

1. *japonica*. Thunb. Dies. acad. 1. p. 13. Flor. japon. p. 138. Caul. articulatus villoso-asperatus. Flor. verticillato-corymbosi. Th. Hab. in Japonia.

772. MNASIUM. *Spatha* 2-valvis multiflora. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 1-petala, tubo brevissimo, tridentata. *Antherae* foliolo terminatae. *Stigm.* 3, spiraliter contorta.

1. *padulosum*. Willd. Sp. II. p. 22. Rapatea paduloss. Aubl. guj. 1. p. 305. t. 118. Lam. ill. t. 226. Hab. in sylvis padulosis Guianae. Habitu Pontederiae. Cal. squamis imbricatis. Cor. flava. ♆

773. PONTEDERIA. *Cor.* 1-petala, 6-fida, bilabiata. *Stamina* 3, apici, tubo corollae inserta. *Caps.* 3-locularis.

1. *rotundifolia*, fol. orbiculato-cordatis. Lin. suppl. 192. Willd. l. c. Hab. in

Surinamo. Cor. sexfida inaequalis, facie floris neutri Centaureae cyani. L.

2. *asurea*, fol. subrotundo-ellipticis, basi petiolisque incrassatis, flor. spicatis. Swartz. Flor. ind. occid. 1. p. 607. Hab. in fossis Jamaicae. ℔

3. *vaginalis*, fol. cordatis, racemo cernuo. Plucк. alm. 215. t. 215. f. 4. Rumph. amb. 6. p. 178. t. 75. f. 1. Rheed. mal. 11. t. 44. Hab. in Indiae orientalis aquosis. ℔

4. *limosa*, fol. cordato-ovatis, scapis lateralibus unifloris, flor. triandris. Swartz. Fl. ind. occid. 1. p. 611. Sloan. hist. 1. t. 149. f. 1. Hab. ad ripas limosas fluviorum Jamaicae, Hispaniolae. ℔

5. *cordata*, fol. oblongo-cordatis, flor. spicatis. Lam. ill. t. 225. Les Liliacées. t. 72. Moris. s. 15. t. 4. f. 8. Hab. in Virginiae aquosis. ℔

6. *hastata*, fol. hastatis, flor. umbellatis. L. Conf. Willd. p. 24. Plucк. alm 326. t. 220. f. 8. Moris. s. 15. t. 4. f. 7. Hab. in India. ℔

774. HÆMANTHUS. *Involucr.* polyphyllum, multiflorum. *Cor.* 6-partita, supera. *Bacca* 3-locularis.

1. *coccineus*, fol. linguiformib. planis laevib. humi adpressis bifariis, umb. coarctata fastigiata involucro breviori, limbo patulo. Ait. Kew. 1. p. 304. Willd. p. 24. Comm. hort. 2. p. 127. t. 64. Les Liliacées. t. 29. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

2. *coarctatus*, fol. linguiformi-oblongis planis laevibus apice callosis erectis, umb. coarctata fastigiata involucro breviori, limbo erecto. Willd. p. 25. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

3. *puniceus*, fol. oblongis ellipticis acutis retusis undulatis, umb. coarctata fastigiata, limbo staminibusque erectis. Ait. Kew. 1. Willd p. 404. Dill. elth. 167. t. 140. f. 2. Trew. Ehret. t. 44. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

4. *multiflorus*, fol. elliptico-lanceolatis acutis concavis erectis, umbella multiflora involucro longiore, pedunculis articulatis, limbo patulo, staminib. adscendentibus. p. 25. Sel. a mus. 1. p. 20. t. 12. f. 1. 2. 3. Swert. floril. 1. f. 3. Moris. s. 12. t. 12. f. 11. Rudb. elys. 2. p. 210. f. 3. Hab. in Sierra Leone. ℔

5. *tigrinus*, fol. linguiformibus planis glabris margine ciliatis depressis, umbella coarctata, limbo staminibusque erectis. Willd. H. *tigrinus*, fol. oblongis ciliatis subtus maculatis, scapo maculato, umb. coarctata. Jacq. Schoenb. 1. p. 29. t. 56 Hab. ad Cap. b. spei. ℔

6. *quadrivalvis*, fol. oblongis basi angustatis planis patulis superne villosis, margine ciliatis, involucro tetraphyllo umbella coarctata longiore, limbo staminibusque erectis. Willd. Jacq. l. c. p. 30. t. 58. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. superne apicem versus albo-villosa. W.

7. *pubescens*, fol. oblongo-lanceolatis, undique hirsutis, umbella fastigiato-rotundata, limbo staminibusque erectis. Ait. Kew. 1. p. 404. Lin. suppl. 193. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

8. *ciliaris*, fol. lanceolatis glabris ciliatis, involucro lato umbella rotundata breviore, limbo reflexo. Ait. Kew. 1. p. 404. Amaryllis ciliaris. Linn. suppl. 195. Breyn. cent. t. 39. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

9. *albiflos*, fol. ellipticis acutiusculis planis glabris margine ciliatis, involucro tetraphyllo umb. rotundata breviore, limbo patulo. Willd. p. 27. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 31. t. 59. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

10. *toxicarius*, fol. bifariis oblongis planiusculis glabris, pedunculis spatha floreque longioribus. Ait. Kew. 1. p. 405. Amaryllis disticha. Lin. suppl. 195. Patters. iter. t. 1. Hab. ad Cap. b. spei in regione Rogge-Veld. Flor. incarnati. ℔

11. *lanceaefolius*, fol. ellipticis basi attenuatis depressis planis glabris, margine ciliatis, pedunc. spatha floreque longioribus, limbo patente. Willd. Jacq. Schoenb. 1. p. 31. t. 60. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

12. *carinatus*, fol. linearibus carinatis. Mill. Cum priore. †

13. *pumilio*, foliis lineari-lanceolatis erectis glabris, pedunc. spatharum florumque longitudine, limbo patenti. Willd. H. *pumilio*, fol. lineari-lanceolatis glabris falcatis, umbella pauciflora. Jacq. l. c. p. 32. t. 61.

14? *spiralis*, fol. setaceis, scapo filiformi basi spirali flexuoso, involucris subulatis umbella uni-quadriflora brevioribus. Ait. Kew. 1. p. 405. Crinum teuellum. Jacq. ic. rar. 2. t. 363. Collect. suppl. p. 43. Cr. spirale. Andrew. t. 92. Ad Cap. b. spei. ℔

775. MASSONIA. *Cor.* infera limbo 6-partito. *Filamenta* collo tubi imposita. *Capsula* 3-alata 3-locularis polysperma.

1. *latifolia*, fol. subrotundis petiolatib., laciniis corollae patulis. Ait. Kew. 1. p. 405.

t. 3. Willd. Sp. II. p. 28. Thunb. Diss. Nov. pl. gen. Hab. ad Cap. b. spei.

2. *angustifolia*, fol. oblongo-lanceolatis erectis, laciniis cor. reflexis. Ait. Kew. 1. p. 465. t. 4. *M. lanceolata.* Thunb. Flor. umbellati.

3. *violacea*, fol. ovatis, erectis, flor. racemoso-corymbosis. Andrew. t. 46. Ad Cap. b. spei.

4. *undulata*, fol. lanceolatis undulatis glabris. Hab. in Cap. b. spei interiore.

5. *echinata*, fol. ovatis muricatis pilosis. Lin. suppl. 193. Hab. in Cap. b. spei, ad margines montis Bocklands-Berg. Flor. glomerati inter folia. ℔

776. GALANTHUS. *Petala* 3, concavo. *Nectarium* ex petalis 3, parvis, emarginatis. *Stigma* simplex.

1. *nivalis*. Lin. Willd. Sp. 2. p. 29. Jacq. austr. t. 330. Hab. in nemorosis et in pratis Europae australioris. Flor. primo vere. ℔

777. LEUCOIUM. *Cor.* campaniformis, 5-partita, apicibus incrassata. *Stigma* simplex.

1. *vernum*, spatha uniflora, stylo clavato. Jacq. austr. t. 318. Lam. ill. t. 230. f. 1. *Nivaria.* Moench. meth. p. 229. Hab. in sylvis.

2. *aestivum*, spatha multiflora, stylo clavato. Jacq. austr. t. 202. Lam. ill. t. 320. f. 2. Hab. in Europa australi.

3. *autumnale*, spatha monophylla biflora, petal. ovatis apice tridentatis, stylo filiformi. Schousb. Marocc. p. 130. Label. ic. 124. Hab. in Hispania, Lusitania et Barbariae locis aridis. Flor. autumno sub finem. M. octobr.

4. *trichophyllum*, spatha diphylla biflora, petal. lanceolatis acutis stylo filiformi. Schousb. l. c. p. 140. Cresc. in Barbaria in campis arenosis region. Tingitanae prope Schaarf el Kaab. Fl. januario.

778. STRUMARIA. *Cor.* hexapetala patens. *Styl.* infra medium incrassatus, s. cum filamentis cohaerens. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* infera subrotunda 3-locularis.

* *Styli struma cum filamentis connata.*

1. *linguaefolia*, fol. lineari-ensiformibus rotundato-obtusis planis, scapo teretis, superne compresso, stam. longitudine corollae. Willd. Sp. 2. p. 31. 3. *linguaefolia*, styli struma cum filamentis connata utrinque acuta, fol. linguaeformibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 356. Collect. suppl. 45. Hab. ad Cap. b. spei cum sequentib. speciebus. Cor. candida apicibus virescens. ℔

2. *truncata*, fol. lineari-ensiformibus rotundato-obtusis planis, scapo compresso, staminib. cor. longioribus. Willd. S. *truncata*, styli struma cum filam. connata superne truncata. Jacq. ic. rar. 2. t. 357. Cor. candida externe basi rubicunda. ℔

3. *rubella*, fol. linearibus oblique flexis, petalis planis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 358. Collect. suppl. 46. Spathae violaceae. Cor. incarnata. ℔

4. *angustifolia*, fol. linearibus planis, germine triglanduloso. Wilid. Jacq. ic. rar. 2. t. 359. Collect. suppl. 48. Spathae rubicundae. Cor. candida externe linea rubicunda.

* * *Styli struma a filamentis libera.*

5. *undulata*, foliis linearibus oblique flexis, petalis undulatis. Willd. p. 32.

6. *filifolia*, fol. filiformibus, petalis acutis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 361. Coll. 3. p. 222. Leucoium strumosum. Ait. Kew. 1. p. 407. t. 5. Crinum tenellum. Lin. suppl. 194.

779. TULBAGIA. *Cor.* infundibulif. *Limbo* 6-fido. *Nectarium* coronans faucem, 3-phyllum: foliolis bifidis magnitudine limbi. *Caps.* supera.

1. *alliacea*, nectario monophyllo sexdentato, fol. ensiformibus, flor. cernuis. Thunb. prod. 60. Jacq. hort. 2. p. 52. t. 115. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

2. *cepacea*, nectario triphyllo, foliis linearibus, flor. erectis. Thunb. prod. 60. Antherae sessiles infra os tubi, tres superiores alternae. ℔

780. NARCISSUS. *Petala* 6, aequalia: *Nectario* (cor. limbo interiore) infundibuliformi, 1-phyllo. *Stam.* intra nectarium.

1. *poëticus*, spatha uniflora, nectario rotato brevissimo scarioso (rubro) crenulato, fol. margine inflexis. Engl. bot. t. 278. N. angustifolius. Curt. mag. t. 193. Hab.

in G. Narbonensi, Italia, Helvetia, Germania, Anglia.

2. *bifforus*, spatha biflora, nect. rotato brevissimo membranaceo crenato (albido), fol. acute carinatis, margine inflexis. Smith. Flor. brit. 1. p. 354 Curt. Mag. t. 197. Engl. bot. t. 276. N. poëticus. Huds. Heb. in Angliae campis arenosis. Pet. ochroleuca. Nect. margine albido. S.

3. *incomparabilis*, spatha unifora, nectario campanulato plicato crispo, petalis dimido breviore, fol. planis. Curt. mag. 121. Nonpareille. Park. theat. 68. Hab. in Hispania, Lusitania.

4. *Pseudo-Narcissus*, spatha unifora, nectario campanulato erecto crispo, aequante petala ovata. L. Mill. dict. n°. 11. Scop. carn. 2. p. 208. Engl. bot. t. 17. Dod. pempt. 227. f. 12. Hab. in Eur. austr. pratis et montosis.

5. *bicolor*, spatha unifora, nectario campanulato margine patulo crispo aequante petala. Gouan. illustr. 22. Rudb. elys. 2. p. 70. f. 7. Hab. in Europa australi, in Pyrenaeis.

6. *minor*, spatha unifora, nectario obconico erecto crispo sextifido, aequante petala lanceolata. Sp. pl. 415. Curt. mag. 6. Baub. hist. 2. p. 597. Hab. in Hispania.

7. *moschatus*, spatha unifora, nectario cylindrico truncato subrepando, aequante petala oblonga. L. Barr. ic. Rudb. elys. 2. p. 69. f. 6. Hab. in Hispania.

8. *triandrus* (*pyrenaicus*), spatha subunifora nectario campanulato crenulato, dimidio breviore petalis, staminib. triplurimum ternis. L. Curt. mag. t. 48. Rudb. elys. 2. p. 72. f. 12. Hab. in Pyrenaeis. Stamina sex, quorum tria breviora, a nonnullis observata.

9. *orientalis*, spatha subbiflora, nectario campanulato trifido emarginato, petalis triplo breviore. Rudb. elys. 2. p. 52. f. 2. Hab. in Oriente.

10. *Amancaes*, spatha 3-6-flora, nectario magno campanulato repando serlobato crenulato, stam. cernuis, fol. ensiformibus. Flor. Per. 3. p. 53. t. 281. f. a. Hab. in collibus Limae etc. Flor. magni, luteo-sulphurei, fragrantissimi.

11. *trilobus*, spatha submultiflora, nectario campanulato subtrifido integerrimo, petalis dimidio breviore. Sp. pl. 417. Rudb. elys. 2. p. 61. f. 3. Hab. in Europa australi. Similis N. Ionquillae.

12. *odorus*, spatha subbiflora, nectario campanulato serrato laevi, dimidio petalis breviore, fol. semicylindricis. Curt. mag. t. 76. N. fol. junceis carinatis, scapo unifloro, scypho sexies emarginato. Hall. helv. n°. 1251. Rudb. elys. 2. p. 60. f. 7. Hab. in Europa australi. Var. spatha unifiora et multiflora.

13. *bifforus*, spatha biflora, nectario brevissimo scarioso. Curt. mag. 197. Dod. pempt. 223. f. 2. Park. theat. 74. t. 75. f. 1. Hab. in Hispania, Anglia.

14. *calathinus*, spatha multiflora, nectario campanulato subaequante, petala fol. planis. Sp. pl. 415. Rudb. elys. 2. p. 60. f. 5. Hab. in Europa australi, Oriente. Nectar. longitudine petalorum.

15. *Tazetta*, spatha multiflora, nectar. campanulato plicato truncato triplo petalis alterne latioribus breviore, foliis planis. Willd. p. 39. Desf. Atl. 1. p. 282. Knorr. del. 1. t. N. 3. Rudb. 57. f. 11. Hab. in G. Narbonensis, Lusitaniae, Hispaniae maritimis subhumidis. Petal. apice flocculo lanato.

16. *dubius*, spatha multiflora, nectario campanulato truncato triplo petalis ovatis aequalibus breviore. Willd. p. 40. Gouan. illustr. p. 22. Rudb. 2. t. 51. f. 2. Hab. Monspelii. Tazetta duplo humilior. Folia linearia. Nectar. campanulatum album integerrimum triplo brevius petalis. G.

17. *viridiflorus*, spatha multiflora, nectar. campanulato brevissimo, petal. linearibus, fol. teretibus fistulosis. Schouth. l. c. t. 11. Cresc. in locis elevatis saxosis, humidis juxta Tingidem. Scapus teres, floriferus primum prodit, dein folia. Petal. cinereo-viridia. Flor. oct., novembr.

18. *serotinus*, spatha multiflora, nectar. brevissimo integro crenulato, petal. lanceolatis, fol. linearib. canaliculatis. Schouth. Maroc. 1. p. 141. Desf. Atl. 1. p. 283. N. autumnalis minor. Clus. hist. t. 252. Hab. in Europa australi et in Barbaria. Scapi subanceps. Petal. nivea. Flor. autumno.

19. *Bulbocodium*, spatha unifora, nectario turbinato petalis majore, genitalibus declinatis. L. Curt. mag. t. 88. Rudb. 2. p. 75. f. 5, 7. Les Liliacées. Hab. inter Ulyssiponem et Hispalim. Fol. subulata.

20. *Ionquilla*, spatha multiflora, nectario campanulato brevi, fol. subulatis. L. Curt. mag. t. 15. Hab. inter Hispalim et Gades, inter Guadaloupam et Toletum, et in Oriente locis uliginosis.

781. PANCRATIUM. *Cor.* infundibuliformis: tubo longo. *Petala* 6. *Nectar.* (cor. limbus interior) 12-fidum. *Stam.* nectario imposita.

1. *zeylanicum*, spatha uniflora, petalis reflexis. L. Willd. Sp. II. p. 41. Herm. lugdb. 601. t. 603. Comm. hort. 1. p. 75. t. 38. Rudb. p. 179. f. 7. Hab. in India. ♆

2. *mexicanum*, spatha biflora, fol. lanceolatis, nectarii dentibus sex staminiferis, intermediis simplicibus. Willd. p. 42. P. spatha biflora. L. Hort. cliff. 133. Dill. elth. 299. t. 222. f. 280. Hab. in Mexico et Carolinae inundatis. Michaux. Stam. calycem subaequantia. ♆

3. *humile*, spatha biflora, fol. filiformibus, nectarii dentibus sex obtusis bifido-emarginatis non staminiferis. Willd. Cav. ic. 3. p. 4. t. 207. f. 2. Hab. in Hispania. Flor. absque fol. octobri. ♆

4. *caribaeum*, spatha multiflora, fol. lanceolatis. L. Hort. cliff. 133. Mart. cent. 27. t. 27. Hab. in Jamaica, Caribaeis. ♆ +

5. *maritimum*, spatha multiflora, petalis planis, fol. lingulatis, stam. brevissimis. Mill. t. 197. Cavan. ic. 4. p. 41. t. 66. Les Liliacées. t. 8. Salisb. in Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 70. t. 9.

β ? *carolinum*, spatha multiflora, fol. linearibus, staminibus nectarii longitudine. L. Catesb. carol. 2. app. 5. t. 5. Rumph. 6. t. 70. f. 2. Hab. in Hispania et Gallia meridionali et β. in utraque India. Stylus declinatus. Filam. inflexa. ♆

6. *fragrans*, spatha multiflora, fol. ellipticis, nectarii dentibus sex staminiferis, intermediis nullis. Willd. p. 43. Salisb. l. c. p. 72. t. 11. Trew. Ehret. t. 28. Hab. in Barbados. ♆

7. *littorale*, spatha multiflora, foliis linearibus-lanceolatis, nectarii dentibus sex staminiferis, spatio intermedio repando. Willd. p. 43. Salisb. p. 74. t. 13. Jacq. hort. 3. p. 41. t. 75. et amer. pict. t. 101. Trew. Ehret. p. 6. t. 27. Hab. in insula Terra-Bomba dicta Americes calidioris. ☉

8. *speciosum*, spatha multiflora, fol. ellipticis, nectar. dentibus sex staminiferis, intermediis simplicibus acutis. Willd. p. 44. P. Cor. tubo triangulo rare striato. Salisb. Act. p. 73. t. 12. Hab. . . ♆

9. *declinatum*, spatha multiflora, scapo compresso aucipiti, cor. laciniis tubum excedentibus, fol. lingulatis. Jacq. amer. ed. picta. t. 102. Jacq. hort. 3. p. 11. t. 10. Commel. hort. t. 87. Hab. in Antillis. Scap. demum declinatus.

*Obs.* An P. caribaeum. Lin. eadem species? Vid. Enc. bot. 4. p. 733.

10. *illyricum*, spatha multiflora, fol. lanceolatis, nect. dentibus sex acutis bifidis non staminiferis. Willd. p. 45. P. spatha multiflora, fol. ensiformibus, staminibus nectario longioribus. Salisb. l. c. p. 74. t. 14. Seb. thes. 1. p. 17. t. 8. f. 1. Hab. in Galliae maritimis. ♆

11. *amboinense*, spatha multiflora, fol. cordato-ovatis acutis, nectarii dentibus sex acutis bifidis non staminiferis. Willd. Rudb elys. 2. p. 238. f. 17. Hab in Amboina. ♆

12. *croceum*, spatha triflora, fol. lingulatis incurvis, tubo corollar. incurvo. Enc. bot. 4. p. 735. Hab. in Peruvia. Cor. crocea. An diversum a n°. 10? +

13. *ringens*, spatha subquinqueflora, flor. ringentibus, nectar. brevi, staminib. corollae longitudine, foliis ensiformibus acuminatis. Flor. Peruv. 3. p. 53. Colitur in Peruviae hortis. Petala reflexa, alba. Nect. viride. ♆

14. *flavum*, spatha multiflora, stamin. cor. longioribus, tubo nectario coarctato, petal. p. tulo-reflexis. Flor. Peruv. 3. p. 54. t. 284. Hab. in Peruv. collib. arenosis. ♆

15. *coccineum*, spatha multiflora, stam. cor. longitudine, tubo nect. tenui, petal. erectis. Flor. Peruv. l. c. t. 285. Hab. in collib. ad Tarmae oppidi tractus. Cor. coccinea. ♆

16. *recurvatum*, spatha 1-3-flora, tubo nectar. gracili recurvato, fol. ensiformib. carinatis. Flor. Peruv. l. c. t. 285. In Peruviae praeruptis. Bulb. ovatus purpurascens. Cor. cærula, purpureo-lutescens. ♆

17. *latifolium*, spatha multiflora, flor. dependentibus, fol. lanceolato-oblongis latis. Flor. Peruv. l. c. t. 284. Habit. in Peruv. Andium nemorosis humidis. Petal. luteo-rubra, apice viridia. ♆

18. *viridiflorum*, spatha 4-5-flora, limb. nect. longitudine petalor., fol. ensiformibus. Flor. Per. p. 55. Hab. in Peruv. nemorib. et locis petrosis. Flor. magni, pulchri.

19. *variegatum*, spatha 4-flora, flor. longissimis, nect. limbo brevissimo, denticulis furcatis retroflexis. Flor. Peruv. l. c. Flor. spithameci, cerrui, ex luteo, rosseo albo-viridique colore variegati. ♆

782. CRINUM. *Cor.* supera, infundibuliformis, semisexfida: tubo filiformi, limbo patulo recurvato: laciniis subulatis canaliculatis. *Filamenta* fauci tubi inserta, discreta. (*Semina* ad basin cor. vivipara. *Andrew.*)

1? *asiaticum*, fol. linearibus acuminatis carinatis, floribus sessilibus, tubo limbo longiore, spatha diphylla. Willd. Sp. II. p. 45. Mill. dict. t. 110. Amaryllis vivipara. Lam. enc. 1. p. 123. Hab. in Malabaria, Zeylona, America. Bulbi intra capsulas generantur. L. ♃

2. *americanum*, fol. oblongo-lanceolatis, margine glaberrimis, apice coarctato-unguiculato, flor. pedicellatis, tubo limbo breviore. Ait. Kew. 1. p. 413. C. radice fasciculari. L'Hérit. sert. angl. 8. Comm. rar. t4. t. 14. Dill. elth. t. 161. f. 195. Hab. in Amer. Cor. limbus reflexus.

3. *erubescens*, fol. lanceolatis cartilagineo-crenatis apice producto explanato, flor. sessilibus, tubo limbo longiore. Ait. Kew. 1. p. 413. Les Liliacées. t. 27. C. Commelini, cor. apicibus introrsum uncinatis, fol. linearibus canaliculatis. Jacq. hort. Schoenb. 2. p. 40. t. 202. Commel. rar. 15. t. 15. Hab. in America calidiore. ♃

4. *giganteum*, fol. flaccidis undulatis, flor. sessilibus umbellatis, petalis concavis. Andrew. t. 169. Hab. in Africa prope Sierra Leone. Pet. albida. Stam. et pistil. declinata.

5. *urceolatum*, spatha multiflora, flor. campanulato-urceolatis pendulis, tricoloribus, fol. oblongis petiolatis. Flor. Peruv. 3. p. 58. t. 287. Hab. in Andium nemorib. prope Pozuzo. Cor. a medio ad basin lutea, superne viridis, marginibus albida. ♃

6. *bracteatum*, fol. oblongo-lanceolatis basi attenuatis, margine cartilagineis glabris, apice subcallosis; flor. pedicellatis, tubo limbo breviore, spathis numerosis longioribus. Willd. p. 47. Hab. . . ♃

7? *nervosum*, fol. subrotundis nervosis, filamentis basi dilatatis petiolatis. L'Hérit. sert. angl. 8. Amaryllis rotundifolia. Lam. enc. 1. p. 124. Rumph. 6. t. 70. f. 1. Hab. in Philippinis. Scapus multiflorus polyphyllus. ♃

783. AGAPANTHUS. *Cor.* infera, infundibuliformis, regularis, sexpartita.

1. *umbellatus*, scapo fol. linearibus longiore, flor. umbellatis, tubo brevissimo. Willd. II. p. 47. Les Liliacées. t. 4. L'Herit. sert. angl. Mauhlia linearis, fol. linearibus scapo brevioribus. Thunb. prod. 60. Mill. ic. t. 210. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

2. *ensifolius*, scapo fol. lanceolatis breviore, flor. racemoso-umbellatis. Mauhlia ensifolia. Thunb. prod. 60. t. 3. Cum priore. ♃

784. EUSTEPHIA. *Cor.* supera tubulosa cylindracea bifida. *Nect.* foveæ 6 in tubo corollæ. *Filam.* tricuspidata, discreta.

1. *coccinea*. Cav. ic. 3. p. 20. t. 238. Hab. . . Habitu Cyrtanthi, sed nectariis et staminibus distincta. Fol. linearia. Flor. nutantes umbellati. W. ♃

785. CYRTANTHUS. *Cor.* supera incurva, tubulosa, clavata, sexfida: laciniæ ovato-oblongæ. *Filamenta* tubo inserta, apice conniventia.

15. *lacteum*, filam. alternis ad basin leviter marginatis, racemo pyramidato denso longo, fol. lanceolatis planis ad apicem conniventibus, ad oras villosis. Jacq. ic. rar. 2. t. 434. Collect. suppl. 76. Hab. ad Cap. b. spei.

16. *ovatum*, fol. ovatis integris glabris, racemo ovato. Thunb. prod. p. 62. Hab. ad Cap. b. spei.

17. *ciliatum*, fol. ovatis acutis ciliatis, flor. racemosis. Lin. suppl. 199. Hab. ad Cap. b. spei. Cum 4-sequentib.

18. *crenulatum*, fol. oblongis obtusis ciliatis, flor. racemosis erectis. Lin. suppl. 198. O. unifolium. Retz. obs. 2. p. 17.

19. *pilosum*, fol. lineari-ensiformibus ciliatis, flor. racemosis, pedunculis incurvis. Lin. suppl. 199. Thunb. prod. 62.

20. *revolutum*, filam. subulatis, fol. sublinearibus planiusculis glabris, scapo flexuoso racemoso, petalis ad oras revolutis. Jacq. Schoenb. t. p. 46. t. 89.

21. *conicum*, racemo conico, filam. subulatis, bracteis membranaceis longitudine pedunculorum, fol. lanceolatis planis margine villosis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 428. Collect. 3. p. 232.

22. *narbonense*, racemo oblongo, filam. lanceolatis membranaceis, pedunculis floribusque patentibus. L. Hab. in Galliae australis et Italiae, Sibiriae, Germaniae agris.

23. *latifolium*, racemo longissimo, filam. subulatis, pedunculis flore multoties longioribus, fol. lanceolatis. Willd. p. 119. Jacq. ic. rar. 2. t. 424. Collect. 2. p. 318. Hab. in Arabia, Aegypto. Flos albissimus.

24. *altissimum*, racemo longissimo, filam. subulatis, pedunc. flore duplo longioribus, fol. oblongis apice convoluto-cuspidatis. O. *giganteum*, scapo racemoque longissimis, bracteis subulatis brevibus. Jacq. Schoenb. 1. p. 45. t. 87.

25. *scilloides*, racemo longissimo, filam. subulatis, pedunc. longitudine flor., bracteis pedunculorum longitudine, fol. linearilanceolatis laxis, apice convolutis. Willd. O. filamentis subulatis, fol. subensiformibus apice candatis, racemis longissimis cylindricis. Jacq. Schoenb. 1. p. 46. t. 88.

26. *longebracteatum*, racemo longissimo, bracteis pedunculis fere duplo longioribus, fol. lanceolato-ensiformibus. Murr. Syst. 327. Jacq. hort. t. 29. O. bracteatum. Thunb.

27. *japonicum*, racemo spicato cylindrico longissimo, scapo striato. Thunb. jap. 157. Fol. radicalia linearia plana scapo breviora. Cor. purpureo-caerulea patens persistens.

28. *comosum*, racemo brevissimo, bracteis lanceolatis longitudine florum, petalis obtusis, filamentis subulatis. Amoen. acad. 4. p. 312. O. fol. linearibus canaliculatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 426. Collect. 2. p. 313. Rudb. elys. 2. p. 435. f. 1.

29. *pyramidale*, racemo conico, flor. numerosis adscendentibus, petalis ellipticooblongis planis, staminib. lanceolatis sequalibus, stylo breviss imo. Ait. Kew. 1. p. 441. Jacq. ic. rar. 2. t. 425. Coll. 2. p. 317. Rudb. elys. f. 4. Hab. in collib. Lusitaniae.

30. *tenellum*, filam. subulatis, scapo filiformi laxe racemoso, bracteis pedunc. duplo brevioribus, fol. linearibus canaliculatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 427. Collect. 2. p. 316. Petala lactea lanceolata, linea flavescenti.

31. *odoratum*, filamentis lanceolatis, racemo longo, fol. lanceolato-linearibus superne planis humi prostratis. Jacq. ic. 2. t. 432. Collect. suppl. 78. Andrew. t. 260

Petala lutescentia linea medio viridi notata. Cresc. ad Cap. b. spei. c. sequentib.

32. *suaveolens*, filamentis lanceolatis racemo brevi, fol. linearibus canaliculatis longitudine scapi. Jacq. ic. rar. 2. t. 431. Collect. 2. p. 316.

33. *secundum*, filamentis lanceolatis, racemo brevi secundo, fol. sublinearibus ad apicem acutum fornicates, ad oras cartilagineo-muricatis erectis. Jacq. ic. rar. 2. t. 433. Collect suppl. 79. O. maculatum. Thunb. prod. 62?

34. *fuscatum*, filamentis lanceolatis tribus latioribus, racemo oblongo, fol. paucis lineari-cuneiformibus, scapo triplò brevioribus, capsulis alato-trilobis. Jacq. ic. rar. 2. t. 429. Coll. suppl. 80.

35. *barbatum*, filamentis subulatis, fol. subgeminis subulatis, petalis tribus alternis ad apicem barbatis. Jacq. Schoenb. 1. p. 47. t. 91.

36. *polyphyllum*, racemo paucifloro, filamentis subulatis, petalis linearibus obtusis, apice calloso-inflexis, fol lineari-subulatis semiteretibus. Willd. p. 123. Jacq. ic. 2. t. 430. Collect. suppl. 79. Racemus brevis.

37. *juncifolium*, filamentis sublanceolatis, racemo longissimo, foliis subulatis plurimis. Jacq. Schoenb. 1. p. 46. t. 90

38. *rupestre*, fol. filiformibus carnosis, scapo paucifloro, flor. reflexis. Thunb. prod. 61. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

39. *arabicum*, corymbo multifloro, filamentis subulatis, cor. late campanulata, petalis exterioribus obsolete tridentatis. Ait. Kew. 1. p. 412. O. flor. corymbosis, pedunculis scapo humilioribus, filam. subemarginatis. L. Poir. in Enc. bot. 5. p. 616? Rudb. elys. 2. p. 130. f. 1. Besl. 5. t. 12. f. 1. Hab. in Alexandria, Barbaria, Madera. Bractea amplexicaules. Flor. albi, basi fusci?

40. *thyrsoides*, fol. latis ciliatis, corymbis multifloris racemiformib., filam. alternis furcatis, fol. lanceolatis. Ait. Kew. 1. p. 412. α. Flor. luteis, bracteis pedunculo brevioribus. Ait. Houtt. t. 82. f. 3. β. Flor. albis, bracteis longitudine pedunc. Jacq. hort. 3. p. 17. t. 28. Mill. ic. 128. t. 192. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

41. *aureum*, racemo coarctato, subcorymboso, filamentis alternis emarginatis, fol. lanceolatis cartilagineo-denticulatis. Willd. p. 124. O. miniatum. Jacq. ic. rar. 2. t. 438. Collect. 3. p. 233. β. O. flavescens. Jacq. l. c. t. 437. γ. O. flavissimum. Jacq. t. 436. Hab. ad Cap. b. spei. Var. flor. rubris., aurantiis, flavis, quas cl. Willdenow. l. c. non puto species distinctas agnoscit.

42. *coarctatum*, racemo multifloro coarctato, filamentis alternis emarginatis, fol. linearibus canaliculatis. Willd. p. 125. Jacq. ic. rar. 2 t. 435. Collect. suppl. 77. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

43. *caudatum*, racemo longissimo, fol. lanceolato-linearibus, corollis patentibus, staminibus dilatatis, alternis cuneiformibus. Ait. Kew. 1. p. 442. Hab. ad Cap. b. spei. ♃

44. *nutans*, floribus secundis pendulis, nectario stamineo campaniformi. Jacq. austr. t. 301. Hab. in Italia, Helvetia et Germania. ♃

804. SCILLA. *Cor.* 6-petala, patens, decidua. *Filam.* filiformia, petalorum basi adnexa.

1. *maritima*, nudiflora, bracteis refractis. L. Willd. Sp. II. p. 125. Blackw. t. 591. Desf. Atl. 1. p. 297. Hab. ad Hispaniae, Lusitan., Siciliae, Syriae littora et in Barbariae arvis. Bulbus crassilte fere cap. humani. Fol. lanceolata, stricta. Scapus ante folia, longissimus, multiflorus. Flor. albi.

2. *Lilio-Hyacinthus*, racemo paucifloro, pedunculis ebracteatis, foliis lanceolatis humi adpressis, bulbo squamato. Willd. p. 126. S. radice squamata. L. Hort. cliff. 123. Moris. t. 12. f. 21. Hab. in Biscaja, Aquitania, Hispania, Pyrenaeis.

3. *italica*, racemo conico oblongo. L. Besl. eyst. vern. 42. f. 1. Hab. .. Bracteae longitudine pedicellorum.

4. *lingulata*, foliis lanceolatis planis racemo denso conico, bract. subulatis pedicellos aequantibus. Desf. Atl. 1. p. 298. Poir. it. p. 151. Hab. in Barbariae arvis. Flor. hyeme. Fol. vagina basi cincta.

5. *villosa*, fol lanceolatis planis villosis, flor. corymbosis. Desf. l. c. p. 299. t. 85. f. 2. In arenis prope Kerwan. Fl. hyeme.

6. *obtusifolia*, scapo laterali, foliis linguiformibus undulatis, flor. racemosis ebracteatis. Desf. l. c t. 86. Hab. prope La Calle. Flor. S. autumnalis.

7. *parviflora*, fol. lineari-lanceolatis acutis glabris scapo brevioribus, flor. racemosis confertis, bract. brevissimis. Desf. Atl. 1. p. 300. S. numidica. Poir. it. p. 151. Hab. in Algeria.

8. *undulata*, fol. lanceolatis undulatis, flor. laxe racemosis, bract. brevissimis. Desf. Atl. 1. p. 300. t. 88. Hab. in Barbariae collib. incultis. Cor. campanulata, pallide rosea. Flor. autumno.

9. *tetraphylla*, scaulis, floribus fasciculatis, fol. quaternis ovato-lanceolatis. Lin. suppl. 200. Hab. in Africa.

10. *peruviana*, corymbo conferto conico, fol. in orbem expansis margine ciliatis. Rudb. elys. 1. p. 37. f. 1. Moris. s. 4. t. 12. f. 19. Desf. Atl. 1. p. 298. Hab. in Lusitania et in Barbariae arvis. Radix tunicata, lanuginosa. Fol. in pl. culta glabra.

11. *japonica*, florum umbella terminali fastigiata. Thunb. jap. p. 130. Hab. in Japonia. Bracteae in scapo et sub flor. membranaceae lanceolatae erecto-adpressae. Cor. patens albo-purpurea. T.

12. *amoena*, scapo angulato, pedunc. alternis flore brevioribus, bracteis obtusis brevissimis. Willd. Rudb. elys. 2. p. 34. t. 7. Hab. in Austria, Russia, Germania, Petal. basis lineolis 2 albidis. ℏ

13. *praecox*, scapo angulato, racemo subcorymboso, pedunculis flore duplo longioribus, bracteis obscuris. Willd. p. 128. Hab. .. A. praecedente habitu, parvitate et praecocitate floris jam primo intuitu distincta. W.

14. *campanulata*, bulbo solido, racemo multifloro oblongo-subconico, cor. campanulatis erectis, bract. bipartitis pedunc. longioribus, fol. lanceolatis. Ait. Kew. 1. p. 444. Scilla hyacinthoides. Jacq. ic. rar. 1. t. 65. Collect. 1. p. 61. Hab. in Hispania, Lusitania. ℏ

15. *bifolia*, radice solida, flor. racemosis ebracteatis, fol. lanceolatis subbinis in scapo elevatis. Ait. Kew. 1. p. 444. Engl. bot. t. 24. Hab. in Gallia, Germania. ℏ

16. *verna*, corymbo hemisphaerico pauciflore bracteato, fol. linearibus canaliculatis. Huds. angl. 142. Smith. brit. 1. p. 129. Engl. bot. t. 23. Flor. dan. t. 568. Hab. in Hispaniae et Cambriae pratis et Angliae maritimis.

17. *lusitanica*, racemo oblongo conico, petalis lineatis. L. Rud. elys. 2. p. 34. f. 4. Hab. in Lusitania. ℏ

18. *orientalis*, flor. erectis racemosis, fol. elliptico-ensiformibus. Thunb. in Act. Soc. Lin. Lond. 2. p. 334. S. bifolis. Thunb. jap. 139. Hab. in Japonia. ℏ

19. *hyacinthoides*, racemo cylindraceo multifloro petalis germine sesquilongioribus, pedunculis coloratis, fol. lanceolatis. Ait. Kew. 1. p. 445. Hab. in Madera et Lusit. ℏ

*Obs.* Nisi saepius a bulbo principe avellantur bulbilli, per annos saepe viginti non florebit. Gouan.

20. *autumnalis*, fol. filiformibus linearibus, floribus corymbosis, pedunculis ebracteatis nudis adscendentibus longitudine floris. L. Cav. ic. 3. p. 38. t. 274. f. 2. Engl. bot. t. 78 Curt. Lond. ic. Hab. in Europa australiori solo glareoso et pascuis sterilioribus. Pet. rosea. ℏ

21. *mauritanica*, flor. racemosis, bract. binis pedunc. aequantibus, fol. linearibus planis apice involutis. Schousb. marroc. 10 p. 154. Hab. in monte Shibil Kibir in Barbaria. Priori affinis, sed cor. minores, minus patulae. S.

22. *tingitana*, flor. racemosis, bract. solitariis pedunc. brevioribus, fol. lanceolatis planis, apice involutis. Schousb. p. 155. Cum priore. Bract. persistentes. Cor. majores quam in S. autumnali.

23. *biflora*, racemo laxo, flor. geminis. S. *biflora*. Flor. Peruv. 1. p. 69. In Peruviae collib. arenosis. Cor. albae.

24? *unifolia*, folio teretiusculo latere subapicato. L. Ornithogalum spicatum unifolium, flore niveo odorato. Grisl. Iusit. Hab. in Lusitania.

805. CYANELLA. *Cor.* hexapetala: petalis 3 inferioribus propeudentibus. *Stylus* et *Stamen* infimum declinatum. *Capsula* subrotunda, 3-locularis. (Stam. etiam 3 deflexa.)

1. *capensis*, caule folioso paniculato, racemis divaricatis, fol. lanceolatis undulatis. Willd. Sp. II. 1. p. 131. Lin. suppl. p. 201. Andrew. t. 191. Jacq. hort. 3. p. 21. t. 55. Heb. ad radices montis Tabularis in Cap. b. spei. Flor. caerulei. ℏ

2. *orchidiformis*, caule ramoso, racemis erectis, fol. caulinis ensiformibus strictis radicalibus ovatis. Willd. Jacq. ic. rar. 2 t. 447. Collect. 4. p. 211. Cum priore. Fol. glauca, margine cartilagineo-denticulata. Stam. tria deflexa.

3. *lutea*, scapo nudo subramoso: racemis erectis, fol. linear-lanceolatis planis. Willd. Lin. suppl. 201. Thunb. in Act. holm. 1794. p. 196. t. 7. f. 1. Hab. in campis inundatis arenosis Cap. b. spei. Stam. tria deflexa. ℏ

*4. alba*, scapo nudo unifloro, fol. filiformibus. Willd. Thunb. l. c. p. 195. t. 7. f. 2. Hab. in Bockland. ℔

806. ASPHODELUS. *Cor.* 6-partita, patens. *Nect.* ex valvulis sex germen tegentibus.

1. *acaulis*, caul. nullo, fol. subulato-triquetris, pedicel. fructiferis reflexis. Desf. Atl. 1. p 302. t. 89. Hab. in montib. Silbae. Cor. pallide roseo.

2. *luteus*, caule folioso, fol. triquetris striatis. L. Blackw. t. 233 Jacq. hort. t. 77. A. stipulis maximis. Hall. helv. n°. 1206. A. luteus flore et radice. Bauh. pin. 28. Hab. in Sicilia et Helvetia. ♂

3. *creticus*, caule folioso superne nudo ramoso, fol. filiformibus striatis denticulatis subciliatis. Lam. Enc. 1. p. 297. Hab. in Creta.

4. *ramosus*, caule ramoso nudo, fol. ensiformibus carinatis laevibus. L. Hab. in Europa australi. ℔

5. *albus* (*simplex*), caule nudo simplici, pedunc. confertis longitudine bracteearum, fol. linearibus carinatis laevibus. Willd. p. 133. A. ramosus. Murr. Comm. Goett. 1778. p. 37. tab. 7. Blackw. t. 238. Hab. in saxosis Lusitaniae, Hispaniae, Narbonae, Crostiae. ℔

6. *fistulosus*, caule nudo, fol. strictis subulatis striatis subfistulosis. Cav. ic. 3. p. 1. t. 202. Moris. s. 4. t. 1. f. 5. Hab. in GalloProvincia, Hispania, Creta. ℔

7. *altaicus*, caule nudo simplici, staminibus cor. duplo longioribus, fol. linearibus canaliculatis. Willd. p. 134. Act. Petrop. 1779. p. 260. t. 10. Ad radices mont. Altaicorum. ℔

8. *liburnicus*, caul. simplici basi folioso, cor. cernuis monopetalis, fol. setaceis. W. Scop. carn. n°. 411. t. 12. Hab. in Istria. †

807. PHALANGIUM. *Cor.* 6-petala patens. *Filamenta* nuda 3. glabra. *Capt.* ovata. *Sem.* angulata. (Rad. plerumque fibrosæ aut fasciculatæ. Fol. plana. Flor. in plurimis albi aut purpurascentes. Huc omnia ANTHERICA L. prioris sectionis.)

* *Filamenta filiformia aequalia.*

1. *serotinum*, fol. planiusculis, scapo unifloro. Lin. Willd. II. p. 134. sub *Anthericum*, (uti *omnes* sequentes species.) Ornithogalum striatum. Willd. Sp. II. 119. Fol. crassulis, scapo unifloro. Reg. angl 3. p. 374. t. 17. f. 1. Hab. in alpibus ℔

2. *fragrans*, fol. tereti - filiformibus strictis scapo brevioribus, scapo simplici. Willd. p. 135. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 45. t. 86. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

3. *filifolium*, filam. glabris, radice bulbose, fol. filiformibus flexuosis glabris, scapo simplici flexuoso. Jacq. ic. rar. 2. t. 414. Collect suppl. 93. Hab. ad Cap. b. spei in regione Namaquas.

4. *flexifolium*, fol. linear-filiformibus flexuosis reflexis, basi ciliatis scapo ramosi longitudine. Willd. p. 135. Jacq. ic. rar. 2. t. 412. Collect. suppl. 93. Lin. suppl. 201. Hab. ad Cap. b. spei.

5. *filiforme*, fol. filiformi-teretiusculis scabridis, petalis lanceolatis. Ait. Kew. 1. p. 451. Hab. ad Cap. b. spei.

6. *exuviatum*, fol. linear-subulatis canaliculatis, scapo simplici fol. breviore, squamis radicalibus transversim rugosis. Willd. p. 136. Jacq. ic. rar. 2. t. 415. Collect. suppl. 89. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

7. *elongatum*, fol. linear-filiformibus scapo ramoso brevioribus, racemis elongatis. Willd. p. 136. Antliericum filiforme. Thunb. prod. 62. Hab. ad Cap. b. spei. †

8. *virgatum*, foliis strictis filiformibus acutis, caul. superne ramoso, ramis virgatis simplicibus, flor. minimis caul. folioso sulcato. Poir. in Enc. bot. 5. p. 246. Hab. in Carolina. Cor. alba, medio stria purpurea. Scap. 2-3-pedalis.

9. *fastigiatum*, caul. altissimis nudis, ramis pluribus virgatis, flor. subternatis. Enc. l. c. Hab. . . Fol.? Flor. albi. †

10. *revolutum*, fol. oblongis undulatis, spic. longissimis pyramidatis, petal. revolutis. Ph. spicatum. Enc. bot. l. c. Hyacinthus revolutus. Lin. suppl. p. 204. Hab. ad Cap. b. sp. Cor. pallescens, fascia brunnea.

11. *capillare*, fol. capillaribus substriatis longis, scapo nudo simplici, spica brevi viridescente. Enc. bot. l. c. Hab. . . †

12. *croceum*, bulbosum, fol. gramineis, spica pyramidali, bract. convoluta - amplexantibus, seminib. subglobosis. Michaux. Flor. 1. p. 196. Hab. in humidis sylv. Georgiae. Flor. crocei.

13. *planifolium*, foliis planis, scapo compresso glabro, filam. inferne lanatis superne apiculatis. Schousb. Maroc. 1.

p. 157. Willd. II. p. 136. A. bicolor. Desf. Atl. 1. p. 304. t. 90. Hab. in Lusitania et in Barbaria, in fruticetis Shibil Kibir. Petal. intus nivea, extus purpurascentia, etiam utrinque purpurea.

14. *graecum*, fol. planis, scapo simplici, floribus corymbosis, filam. lanatis? Syst. Veg. 272. Hab. in Oriente. Fol. linearia, longitudine fere scapi. L. Filam. non lanata. L. Mant. 365.

15. *squameum*, scapo squamis membranaceis tumidis imbricato. Lin. suppl. 282. Hab. ad Cap. b. speci. Radix tuberibus oblongis tomentosis pluribus, filo pendulis. Cor. infundibuliformis extus subpubescens sexpartita. Var. fol. hirsutis et glabris. L.

16. *comosum*, fol. ensiformibus glabris, scapo ramoso comoso. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. speci. ♃ †

17. *floribundum*, foliis planis glabris lineari-lanceolatis acutis, scapo simplici, racemo multifloro cylindrico compacto, petalis patentibus, staminibus glabris. Ait Kew. 1. p. 447. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

18. *revolutum*, fol. trigonis scabris, scapo ramoso, cor. revolutis. Mill. dict. n°. 1. A. fol. linearibus scapo longioribus. Thunb. prod. 62. Comm. hort. 1. p. 67. t. 34. Hab. ad Cap. b. speci.

19. *ramosum*, fol. planis, scapo ramoso, cor. planis, pistil. recto. L. Jacq. austr. t. 16. Hab. in rupibus et sylvis calcareis.

20. *sulphureum*, fol. lanceolato-linearibus canaliculatis, apice obtuso-concavis, scapo racemoque simplicissimis, cor. patentissimis. Pl. Hongar. p. 89. t. 95. Hab. ad Thermas. Fl. Majo.

21. *caeruleum*, fol. ensiformibus, panic. longissima, flor. caeruleis. Flor. Peruv. 3. p. 67. Bermudiana caerulea. Feuill. 2. p. 715. pl. 8. Hab. in R. Chilensis umbrosis. Rad. fasciculata, odore Iridis florentinae. Cor. marcida, spiraliter contorta.

22. *coarctatum*, fol. inferne carinatis, medio coarctatis, pedunc. bifido-dichotomis, pedicel. subumbellatis. Flor. Per. l. c. t. 209. Hab. in Andium montibus. Cor. violaceo-caerulea. Planta tincturam croceam immutabilem praebet.

23. *eccremorhizum*, fol. ensiformibus carinatis, scapo folioso, racem. longis, spathis 2-3-floris. Flor. Per. t. 101. Cresc. in Peruviae collib. Habitus Asphodeli. Rad. tuberosa pendula, lanuginosa.

24. *glaucum*, racemo longissimo simplici multifloro, pedunc. florifero patentibus: fructiferis adpressis. Flor. Per. l. c. p. 63. Hab. in Andium montibus. Fol. ensiformia, supra glauca.

25. *elatum*, fol. planis scapo ramoso, pedunculis aggregatis, corollis planis. Ait. Kew. 1. p. 448. Hab. ad Cap. b. speci.

26. *falcatum*, fol. carnosis ensiformibus falcatis glabris, caule ramoso racemoso. Lin. suppl. 202. Hab. ad Cap. b. speci. Fol. depressa terrae incumbentia.

27. *contortum*, fol. planis ensiformibus, caule ramoso, floribus remotissimis. Lin. suppl. 202. Hab. ad Cap. b. speci. Cor. contorta.

28. *vespertinum*, fol. lineari-ensiformibus carinato-triquetris, scapo ramoso brevioribus. Willd. p. 139. A. filamentis muricatulis. Jacq. Schoenb. 1. p. 44. t. 85. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

29. *graminifolium*, fol. linearibus planis depressis scapo ramoso brevioribus, petalis alternis undulatis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 411. Collect. suppl. 87. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

30. *japonicum*, fol. ensiformibus convolutis glabris, scapo ramoso angulato, flor. racemosis cernuis. Thunb. jap. 138. Hab. in Japonia, China et Java.

31. *niveum*, fol. planis basi plicatis, caul. simplice, flor. densissimis longe spicatis bract. niveis pedunc. aequantibus. Enc. bot. 5. p. 248. Hab. in India. Cor. parva.

32. *longifolium*, fol. linearibus decumbentibus margine ciliatis scapo ramoso longioribus. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 413. Collect. suppl. 92. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

33. *hirsutum*, fol. linearibus hirsutis scapo ramoso brevioribus, racemo longissimo. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

34. *Adenanthera*, fol. lineari-ensiformibus basi connatis, glandula inter filamentum et antheram. Forst. prod. n°. 189. Hab in N. Caledonia.

35. *pilosum*, scapo simplici folioso glabro, fol. lanceolatis vaginantibus utrinque pilosis. Willd. p. 140. Jacq. ic. rar. 2. t. 416. Collect. suppl. 87. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

36. *undulatum*, fol. ensiformibus falcatis undulatis scapo longioribus. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. speci. ♃

37. *trifiorum*. fol. canaliculato-ensiformibus, scapo simplici, bracteis remotis trifloris. Ait. Kew. 1. p. 448.

P. A.

β. A. *bipeduncularum*, filam. glabris, radice fasciculata, fol. lanceolato-linearib. carinatis, scapo racemoso simplici, bract. subbifloris. Jacq. ic. 2. t. 410. Collect. suppl. 88. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

38. *canaliculatum*, fol. subcarnosis pilosis ensiformi-triquetris latere angustiori canaliculatis, scapo simplici. Ait. Kew. 1. p. 448. Hab. ad Cap. b. spei. Scapus teres pilosus. ♄

39. *Albucoides*, fol. linearibus canaliculatis glabris, margine cartilagineis, scapo simplici. Ait. Kew. 1. p. 449. Hab. ad Cap. b. spei. Petalis luteis, carina viridi, apice tomentosis, refert Albucam. Ait. l. c. ♄

40. *Liliago*, fol. planis, scapo simplicissimo, cor. planis, pistillo declinato. Jacq. hort. 1. t. 83. Moris. s. 4. t. 1. f. 10. Liliago Cordi. Lob. ic. p. 48. Hab. in Helvetia, Germania, Gallia. ♄

41. *Liliastrum*, fol. planis, scapo simplicissimo, cor. campanulatis, staminibus declinatis. L. Scheuchz. alp. 1. p. 48. et 7. p. 514. Hab. in alpibus Helveticis, Allobrogicis. Corol. Lilii candidi. ♄

42. *spirale*, scapo spirali. L. Hab. sub monte Leonis Cap. b. spei, locis glareosis. ♄

** *Filamenta media incrassata.*

43. *polyxodes*, filam. glabris, rad. bulbosa, fol. oblongis planis lucidis, racemo subcorymboso. Jacq. ic. rar. 2. t. 418. Coll. suppl. p. 94. A. marginatum. Thunb. Stam. medio dilatata. Facies scillae. Willd. p. 147. Cum sequente ad Cap. b. spei.

44. *pusillum*, filam. lanceolatis glabris, rad. bulbosa, fol. lanceolato-linearibus in orbem prostratis. racem. corymboso. Jacq. l. c. t. 417. Collec. suppl. p. 94.

*Obs.* Stam. uti in priore specie, quam ob rem a cl Willd. in subdivisione peculiari: *Scilloides* illae enumerantur.

45. *coarctatum*, fol. ensiformibus carinatis, medio coarctatis, pedunc. bifido-dichotomis, pedicell. subumbellatis, filam. a medium incrassatis. Flor. Per. 3. p. 67. t. 299. Hab. in Andium montibus. Cor. violaceo-c. erulea. Planta tincturam croceam praebet.

808. ANTHERICUM. *Filamenta barbata, cetera Phalangii.* (Fol. succulenta, fistulosa. Flor. lutei. *Bulbine.* L.)

1. *frutescens*, fol. carnosis teretibus, caule fruticoso erecto ramoso. Willd. sp. II. p. 142. Plantes grasses. ic. Hab. ad Cap. b. spei, uti omnes quae sequuntur. ♄

2. *rostratum*, antheris barbatis, caul. fruticosis radicantibus brevissimis, fol. subulatis teretibus pulposis. Jacq. ic. rar. 2. t. 403. Collect. suppl. 82. Habit. ad Cap. b. spei. ♄

3. *Aloides*, fol. carnosis linguiformi-lanceolatis planiusculis. Willdenow. p. 143. Plant. grasses. ic. Dill. elth. 312. t. 232. f. 300. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. inferne convexa. ♄

4. *nutans*, fol. carnosis lanceolatis planis basi concavis, apice reflexis, racemo spicé nutante. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 407. Collect. suppl. 86.

5. *incurvum*, fol. carnosis trigonis incurvis brevissimis, racemo elongato cernuo. Thunb. prod. 62.

6. *latifolium*, fol. carnosis lato-ensiformibus glabris, racemo longissimo, caule simplici. Lin. suppl. 202. Jacq. ic. rar. 2. t. 408. Collect. 249.

7. *pugioniforme*, filam. barbatis acaule, radice subrotunda perenni, fol. crasso-subulatis antice sulcatis apice teretibus pulposis erectis. Jacq. ic. rar. 2. t. 405. Collect. suppl. 83.

8. *praemorsum*, fol. carnosis linearibus canaliculatis distichis erectis scapo breviori-bus. Willd. A. radice perenni difformi praemorsa, fol. subtriquetris. Jacq. ic. rar. 2. t. 406. Collect. suppl. 85.

9. *Asphodeloides*, fol. carnosis subulatis semiteretibus strictis. L. Jacq. hort. t. 181. Hab. in Aethiopia. Fol. margine aspera. ♂

10. *longiscapum*, fol. carnosis subulatis semiteretibus flexuosis glaucis, scapo triplo breviori-bus. Willd. p. 145. Jacq. ic. rar. 2. t. 404. Collect. suppl. 84. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

11. *annuum*, fol. carnosis subulatis teretiusculis, scapo subracemoso. L. Hort. ups. 83. Mill. dict. n. 7. Plantes grasses. ic. Hab. in Aethiopia. ☉

12. *hispidum*, fol, carnosis compressis hispidis. L. A. filam. muricatis, scapo hispido. Jacq. ic. 2. t. 409. Collect. suppl. p. 91. Habitat ad Cap. b. spei. Radix fibrosa. ♄

13. *muricatum*, fol. linearibus muri-

catis striatis, scapo ramoso inferne muricato. Thunb. prod. 63. Scapus bipedalis postea ramosus.

14. *ciliatum*, fol. ensiformibus carnoso-subtriquetris ciliatis, scapo simplici, racemo longissimo. Lin. suppl. p. 202. Fol. longissima.

15. *Canda felis*, fol. canaliculato-ensiformibus, scapo simplici, racemo oblongo. Lin. suppl. p. 202. A. caudatum. Thunb. prod. 63.

16. *triquetrum*, fol. filiformibus triquetris scapo simplici brevioribus, racemo ovato. Lin. suppl. p. 202.

17. *scabrum*, fol. triquetris serrulatis, caule ramoso scabro, pedunc. fructiferis recurvis. Lin. suppl. p. 202.

18. *cirrhatum*, fol. lanceolatis planiusculis, scapo paniculato, filam. barbatis bicirrhatis. Forst. prod. n. 148. Hab. in N. Zealandia.

19. *crispum*, fol. ellipticis crispis ciliatis, scapo ramoso. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. spei. †

*Obs.* An omnes hae species revera hujus generis?

809. NARTHECIUM. *Cor.* hexapetala, patens, persistens. *Filam.* filiformia, hirsuta. *Caps.* supera prismatica. *Sem.* utrinque appendiculata.

1. *ossifragum*. Smith. brit 1. p. 368. Engl. bot. t. 635. Anthericum. Lin. Willd. p. 147. Flor. dan. t. 42. Hab. in uliginosis, paludib. turfosis. Fol. ensiformia. Cor. flava. ℔

810. XANTHORRHÆA. *Cor.* infera, hexapetala, persistens. *Filam.* plana, nuda. *Caps.* triquetra. *Semina* bina, compressa, marginata.

1. *resinosa*. Hab. in Australia, e. N. Hollandia. Caud. lignosus resina flava scatens. Scap. longissimus, amento terminatus multifloro. Smith. in Act. soc. Lin. V. ℔

811. CONANTHERA. *Cor.* supera. *Petala* 6, reflexa. *Antherae* in conum acutum coalitae. *Caps.* oblonga, 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* pauca, subrotunda.

1. *bifolia*, pedunc. bifloris, fol. 2-radicalibus, lineari-ensiformibus. Flor. Peruv. 3. p. 68. t. 301. Bermudiana palposa. Tuss. 3. p. 8. pl. 3. Hab. in R. Chilens. collibus. Petal. violaceo-caerulea basi variegata. Bulb. 1-articulatus.

2. *Echeandia*, scapo simplici, fol. lanceolato-ensiformibus, petal. 3-exterioribus angustissimis, filam. glanduloso. Antherieum reflexum. Cor. ic. 3. p. 21. t. 241. Willd. II. p. 140. Echeandia terniflora Ortega dec. pl. p. 90. Hab. . . . Cor. lutea.

*Obs.* Hoc genus ad Syngenesiam-monogamiam potius transferendum.

812. ASPARAGUS. *Cor.* 6-partita, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis, supera, polysperma. (Fol. fasciculata.)

1. *officinalis*, caule herbaceo erecto paniculato, fol. setaceis, flor. dioicis, pedunculis in medio articulatis. Lamarck. Encyclop. 1. p. 295. β Asparagus *maritimus*, humilior, divaricatus, griseus. Hab. in arenosis, sylvaticis.

α *tenuifolius*, humilis, caule herbaceo ramosissimo folioso, flor. hermaphroditis, pedunc. longis sub flore nodosis. Lamarck. Enc. 1. p. 295. Bauh. pin. 494. Hab. in Galliae meridional. montosis et uliginosis.

3. *declinatus*, caule inermi tereti, ramis declinatis, fol. setaceis. L. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

4. *decumbens*, caule herbaceo inermi decumbente ramosissimo, ramis flexuosis, fol. setaceis, pedunc. solitariis terminalibus. Willd. p. 151. Jacq. Schoenb. 1. p. 71. t. 97. Hab. ad Cap. b. spei. ℔

5. *crispus*, caule herbaceo debili tortuoso, ramis incurvis flexuosis subcrispis, flor. solitariis, pedunc. nudo. Lam. Enc. 1. p. 295. Hab. in ins. Franciae. †.

6. *flexuosus*, herbaceus inermis, caule flexuoso, fol. lanceolatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei.

7. *scandens*, herbaceus inermis volubilis, foliis lanceolatis falcatis. Thunb. prod. 63. Hab. ad Cap. b. spei.

8. *falcatus*, aculeis solitariis reversis,

ramis teretibus, fol. ensiformibus falcatis, pedunc. axillaribus 1-floris. Burm. zeyl. 36. t. 13. f. 2. Hab. in Zeylona. ♂

9. *racemosus*, aculeis solitariis, ramis striatis, fol. fasciculatis lineari-subulatis falcatis, racemis multifloris axillaribus. Willd. Hab. in India orientali. Flor. parvi et pedunc. bracteis oblongis suffulti. W. ♄

10. *retrofractus*, aculeis solitariis, ramis teretibus reflexis retrofractisque, fol. setaceis fasciculatis. Pluk. amalth. 40. t. 375. f. 3. Hab. in Africa. ♄

11. *aethiopicus*, aculeis solitariis reversis, ramis angulatis, fol. lanceolato-linearibus. Mant. 63. Hab. ad Cap. b. spei. Rami flexuosi, angulati. ♄

12. *asiaticus*, aculeis solitariis, caule erecto, ramis filiformibus, fol. fasciculatis setaceis. L. Pluk alm. 45. t. 15. f. 4. Hab. in Asia? ♄

13. *albus*, aculeis solitariis, ramis angulatis flexuosis, fol. fasciculatis triquetris muticis deciduis. L. A. aculeatus, spinis horridus. Bauh. pin. 590. Moris. s. 1. t. 1. f. 3. Hab. in Lusitania, Hispania et Barbaria. Turiones edules sunt. Caul. albus. ♄

14. *acutifolius*, caule inermi angulato fruticoso, fol. aciformibus regidulis perennantibus mucronatis sequalibus. L. Mill. dict. n. 3. Sauv. monsp. 45. Hab. in Lusitania, Hispania, Monspelii et Oriente. Turiones quoque comeduntur. ♄

15. *subulatus*, frutescens inermi, ramis retroflexis, foliis teretisubulatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

16. *dependens*, fruticosus aculeatus, ramis reflexis, fol. subulatis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

17. *horridus*, aphyllus fruticolus pentagonus, acul. tetragonis compressis striatis. Lin. suppl. p. 203. Cavan. ic. 2. p. 30 t. 136. Desf. atl. 1. p. 307. Hab. in Hispania et Barbariae arvis. Sequentis var.? ♄

18. *aphyllus*, caule inermi angulato fruticoso, fol. subulatis striatis inaequalibus divergentibus. Mor. s. 1. t. 1. f. 2. A. phyllacanthus. Lam. enc. 1. p. 296. Hab. in Sicilia, Hispania, Lusitania et Barbaria, ad littora maris.

19. *lanceus*, aculeis solitariis, fol. lanceolatis subfalcatis, pedunc. axillaribus solitariis. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

20. *capensis*, spinis quaternis, ramis aggregatis teretibus, fol. setaceis. L. Pluk. alm. t. 78. f. 8. Hab. ad. Cap. b. spei. Spinae ternae. Lam.

21. *sarmentosus*, fol. solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. Flor. zeyl. 124. Mill. dict. n. 11. Hab. in Zeylona. ♄

22. *verticillaris*, fol. verticillatis. L. A. orientalis, fol. gallii. Tournef. Buxb. cent. 5. app. 47. t. 37. Hab. in Oriente. ✝

813. DRACÆNA. *Cor.* 6-partita, erecta. *Filam.* medio subcrassiora. (L.) aut simplicia. *Bacca* 3-locularis, 1-sperma.

1. *Draco*, arborea, fol. subcarnosis apice spinosis. Lin. Willd. Sp. p. 155. Blackw. t. 358. Draco arbor. Habitat in India orientali. ♄

2. *marginata*, fol. angustis planis acutis confertis terminalibus, margine purpureis. Lam. enc. 2. p. 324. Hab. ad Madagascar. Priori affinis,

*Obs.* Non est D. marginata. Ait. quae nunc dentata nominatur.

3. *indivisa*, arborea, fol. ensiformibus acutis, racemo laterali composito. Forst. escul. n. 33. Hab. ad portum obscurum N. Zeelandiae. ♄

4. *umbraculifera*, arborea, fol. ensiformibus acuminatis, panicula terminali densissima subsessili. Jacq. Schoenb. 1. p. 50. t. 95. Hab. culta in insula Mauritii. ♄

5. *australis*, arborea, fol. ensiformibus acutis, racemo terminali erecto supradecomposito. Forst. prod. n. 151. Hab. in N. Zeelandia. ♄

6. *cornua*, arborea, fol. lanceolatis subobliquè-flexis, panicula dependente divaricata. Willd. p. 157. Schoenb. 1. p. 50. t. 96. Hab. in insula Mauritii. ♄

7. *ferrea*, arborea, fol. lanceolatis acutis. L. Hab. in China. Fusco-purpurea. ♄

8. *dentata*, fruticosa, fol. dentato-spinosis, racemis axillaribus, baccis polyspermis. Ait. Kew. 1. p. 454. D. *marginata*. Aloe purpurea. Lam. enc. 1. p. 65. Plant. grass. ic. Genus forte intermedium inter

sicorn et dracaenam. Fol. non succulenta. Hab. in insula Bourbon. ♄

9. *terminalis*, arborescens, fol. lanceolatis petiolatis, ramis paniculae patentissimis. Lam. l. c. Willd. II. p. 184. Jacq. ic. 2. t. 448. Collect. 2. p. 357. Rumph. 4. t. 34. Hab. in India, China. Fol. fere cannae. Rad. contra diarrhaeam. Demum purpurascens.

10. *reflexa*, fol. ensiformibus supra basin angustatis: inferioribus reflexis, flor. pedicellis longioribus. Lam. enc. 2. p. 327. Cordyline. Commers. Rumph. 7. t. 35.? Hab. in ins. Mauritania. Filam. non incrassata? Bacca flava.

11. *mauritiana*, suffruticosa, fol. ensiformibus, scapo sarmentoso alterne paniculato, flor. pedicellis aequantibus. Lam. p. 325. Hab. in insula Borbonia. Fol. iridea.

12. *striata*, frutescens erecta, fol. lanceolatis oblique falcatis striatis, caule flexuoso. Lin. suppl. 204. Asparagus striatus. Thunb. prod. 65. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

13. *undulata*, herbacea caulescens erecta, fol. ovatis acutis multinerviis, flor. axillaribus pedunc. Lin. suppl. 204. Asparagus undulatus. Thunb. prod. 66. Hab. ad Cap. b. spei.

14. *erecta*, herbacea caulescens erecta, fol. lanceolatis subulatis subcarnosis. Lin. suppl. 204. Asparagus erectus. Thunb. prod. 65. Hab. ad Cap. b. spei.

15. *borealis*, herbacea subcaulescens, fol. ellipticis subplicatis. Ait. Kew. 1. p. 454. t. 5. Andper. t. 206. Filam. simplicia. Hab. in sinu Hudsonis et Canada. ♃

16. *gramifolia*, herbacea acaulis, fol. filiformibus. L. Hab. in Asia. Statura Antherici Phalangii. Fol. valde striata. Flor. ad singulos dentes racemi 4-, 5-, quasi 6-uma proleunt. L. Filam. incrassata.

814. DIANELLA. *Cor.* 6-partita. *Filam.* apice tumida s. incrassata. *Bacca* 3-locularis: loculis 4-spermis.

1. *nemorosa*. Lam. enc. 2. p. 276. Les Illiacées. t. 1. Jacq. Schoenb. 1. p. 49. t. 94. Rumph. 5. t. 73. Dracaena ensifolia? Lin. Willd. Sp. II. p. 158. Hab. in Indiae nemoribus. Fol. iridea. Flor. paniculati, stroviferi. Bacca amethystea.

815. CORDYLINE. *Cor.* exterius pubescens. *Filam.* simplicia, basi corol. inserta. *Stigm.* subincrassatum. *Bacca* (turbinata) 1-locularis.

1. *kemichryse*. Commers. Dianella kemichryse. Lam. Hab. in insula Borbonise, supra arbores et saxa. Fol. radicalia subtus flava et pubescentia. (Ex. observat. cel. de Petit-Thouars.)

816. SANSEVIERA. *Cor.* infera, monopetala; tubo filiformi, limbo 6-partito, revoluto. *Stam.* limbo inserta. *Bacca* 1-sperma.

1. *guineensis*, fol. lanceolatis planiusculis uniformibus, stylo staminibus duplo longiore, bracteis tubo corollae triplo brevioribus, flor. sessilibus. Willd. Sp. II. p. 159. Thyrsiflora. Thunb. prod. 65. Aletris hyacinthoides β guineensis L. Jacq. hort. 1. p. 61. t. 84. Aloe guineensis, radice geniculata, fol. ex viridi et atro undulatim variegatis Comm. hort. 2. p. 39. t. 20. Hab. in Guinea. Bacca lutea. ♃

2. *zeylanica*, fol. glabris oblongis acutis lanceolatis canaliculatis, stylo longitudine staminum, bracteis pedunculi longitudine. Willd. Salmia spicata, fol. rigidis canaliculatis maculatis, flor. spicatis. Cav. ic. 1. p. 24. t. 246. Liriope spicata. Loureiro cochin. p. 248. Com. hort. 2. p. 61. t. 21. Hab. in Zeylonia. Fol. carnosis minor. ♃

3. *lanuginosa*, fol. nervosis; nervis lanuginosis, inferioribus oblongis, reliquis linearibus, stylo staminum longitudine, pedunc. ebracteatis. Willd. p. 160. Salmia ebractea. Cav. l. c. Rheed. 11. p. 38. t. 42. Hab. in Indiae arenosis. ♃ +

817. CONVALLARIA. *Cor.* 6-fida (varia). *Bacca* maculosa, 3-locularis, supera.

* *Cor. campanulatae.*

1. *majalis*, scapo nudo semicylindrico, fol. ovatis. Willd. Sp. II. p. 160. Flor. dan. t. 854. Hab. in montosis sylvaticis. ♃

2. *japonica*, scapo nudo ancipiti, flor. racemosis secundis, fol. linearibus gramineis, scapo triplo longioribus. Lin. suppl. 204. Kaempf. amoen. 823. ic. Hab. in Japonia.

37 *spicata*, scapo nudo, racemo spicato, flor. aggregatis. Thunb. jap. 141. Hab. in Japonia. Cor. subglobosa violacea. Fruc. obscurus. Thunb. ♄ †

** POLYGONATUM, *oor. infundibuliformibus.*

4. *verticillata*, foliis verticillatis. L. Flor. dan. t. 26. Engl. bot. t. 128. Hab. in sylvaticis, montosis, praecipitiis. ♄

5. *Polygonatum*, fol. alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunc. axillaribus subunifloris. Flor. dan. t. 377. Engl. bot. t. 280. Hab. in nemorosis, rupibus. Flor. gemini, in apice caul.

6. *multiflora*, fol. alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris. Flor. dan. t. 152. Engl. bot. t. 229. Hab. in Europae et Americae boreal. sylvis montosis. Flor. 3-ni aut subquini apice bini.

7. *latifolia*, fol. alternis amplexicaulibus acuminatis, caule angulato, pedunc. axillaribus multifloris. Jacq. austr. 3. t. 232. Hab. in Austriae, Bavariae, Pannoniae sylvis. ♄

* *dichotoma*, fol. cordatis amplexicaulibus, caule ramoso dichotomo. Cres. in montibus Gebennicis procul Monspelium. Thibaud. Ulterius examinandum an constans sit species. Differentia ex unico specimine eruta est.

8. *umbellulata*, fol. radicalibus oblongo-ovalibus, scapo radicali nudo pubescente umbellula terminali multiflora. Michaux. Flor. 1. p. 202. Hab. in montibus alleghanis. Flor. odorati, albi aut intus purpureo-maculati. ♄

*** MAIANTHEMUM, *corol. rotatis.*

9. *racemosa*, fol. sessilibus, racemo terminali composito. L. Moris. s. 13. t. 4. f. 9. Hab. in Virginia, Canada, et Carol. montibus.

10. *stellata*, fol. alternis amplexicaulibus, racemo terminali simplici. Moris. s. 15. c. 4. f. 7. Hab. in Canada. Flores saepius terrandi. W. ♄

11. *trifolia*, pumila fol. amplexicaulibus ovali-lanceolatis ternis, racemo terminali simplici. Michaux. 1. p. 202. Gmel. sibir. 1. p. 36. t. 6. Hab. in Sibiriae sylvis et in rupibus à sinu Hudsonis ad Quebec. ♄

12. *bifolia*, fol. cordatis, flor. tetrandris quadrifidis. Flor. dan. t. 851. Michaux. Flor. 1. p. 201. Hab. in Europae et Americae borealis sylvis. Fol. 2-3, interdum oblongo-ovalia. ♄

818. LAPAGERIA. *Cor.* 6-petala, basi trigona. *Petala* 3-interiora latiora, subunguiculata. *Antherae* erectae. *Stigm.* clavatum. *Bacca* supera 1-locularis, polysperma. *Sem.* receptaculo triplici, per parietes, decurrenti affixa.

1. *rosea*, fol. ovato-lanceolatis quinquenerviis. Flor. Peruv. 3. p. 65. t. 297. Hab. in regn. chilensis sylvis. Fruticosa, scandens. Cor. magna, rosea aut roseo-punicea intus punctis albis distincta. ♄

*Obs.* Hoc genus (dicunt auctores Flor. Peruv.) dicatum est *Joseph. Lapageriae*, lectissimae feminae, Nap. Bonaparte uxori dignissimae, botanices et hist. naturalis *Fautrici* egregiae.

819. LUSURIAGA. *Cor.* infera, 6-petala. *Petala* 3-exteriora angustiora. *Filam.* receptaculo inserta. *Antherae* erectae, sagittatae. *Stigma* 3-angulare. *Bacca* trilocularis: dissepimentum membranaceum. *Semina* bina: 1-passim abortiente.

1. *radicans*, fol. lanceolatis obliquis. Flor. Peruv. 3. p. 66. t. 298. Hab. in regn. chilens. sylvis. Petala et genitalia albido-lutescentia punctis et lineis rubris variegata.

820. CALLIXENE. *Cor.* 6-petala: petalis alternis basi biglandulosis. *Filam.* basi latiora. *Anth.* versatiles. *Stigm.* 3-gonum. *Bacca* supera, 3-locularis, polysperma.

1. *marginata*. Lam. ill. t. 278. Enargea marginat. Gaertn. de sem. 1. p. 203. t. 59. f. 3. Willd. Sp. Pl. p. 230. Hab. in freto Magellanico. Suffrut. inferne nodosus aphyllus. Flor. solitarii terminales. Fol. margine tumida.

821. PHILESIA. *Cor.* 6-petala: petalis 3-interioribus longioribus. *Filam.* basi connata. *Anth.* lon-

gæ, versalites. *Stigm.* 3-lobum. *Bacca* subtrigona, polysperma.

1. *buxifolia.* Willd. p. 231. Lam. ill. t. 248. Habit. cum priore genere. Ramuli flexuosi. Flor. revolutus. Cor. magna. ♄

822. HERRERIA. *Cor.* infera, 6-partita. *Stigm.* 3-gonum. *Caps.* triquetroalata, 3-locularis, 3-valvis: valvulæ septiferæ. *Sem.* margine membranaceo cincta.

1. *stellata*, caul. volubili aculeato, fol. radiatis lineari-ensiformibus. Flor. Per. 3. p. 69. t. 303. f. a. Salsa Few. 2. p. 116. pl. 7. Hab. in R. Chilens. sylvis. Cor. lutescens, odora. ♄

823. RIPOGONUM. *Cor.* 6-partita, minima. *Antheræ* longæ, tetragonæ, subsessiles. *Bacca* globosa, 2-sperma. *Sem.* hemisphærica.

1. *scandens.* Forst. N. Gen. pl. ic. Hab. in Australia.

824. FLOSCOPA. *Cal.* 3-fidus inferus pilosus (Cor. petal. 3-exteriora?). *Petala* 3, ovata. *Caps.* 2-locularis, 1-sperma.

1. *scandens*, caul. scandente, fol. lanceolatis, flor. fastigiato. Loureiro Cochin. 1. p. 238. (Ed. Willd.) Hab. in montibus Cochinchinæ. Flor. parvus, dilute violaceus. ♄

825. ONCUS (Oncorbiza). *Cal.* 2-phyllus inferus. *Cor.* 6 fida, campanulata. *Bacca* 3-locularis.

1. *esculentus*, scandens, fol. cordatis subrotundis, spic. laxis. Lour. l. c. p. 240. In Cochinchinæ sylvis. Rad. tuber maximum (unde nomen) farinosum, edule. Dioscoreæ affine genus.

826. POLYANTHES. *Cor.* infundibuliformis incurva. *Filamenta* fauci inserta. *Germen* in fundo corollæ.

1. *tuberosa*, flor. alternis geminis, radiculis tuberosis, scapo squamoso, fol. linearibus longioribus. Flor. Peruv. 3. p. 66. Willd. Sp. II. p. 164. Amica nocturna. Rumph. 5. t. 98. Hab. sponte in Java et Peruv. Odor flor. gratus.

2. *pygmæa*, fol. oblongo-ovatis scapo longioribus. Willd. p. 165. Jacq. ic. rar. 2. t. 380. Collect. suppl. 56. Hab. ad Cap. b. spei. Planta similima Agapantho ensifolio, quocum forte proprium format genus. W. ♄

827. DRIMIA. *Cor.* infera campanulata 6-fida, laciniis revolutis. *Stam.* corollæ inserta. *Stigma* capitatum.

1. *ciliaris*, fol. sublinearibus ciliatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 377. Collect. suppl. p. 41. Hab. in Cap. b. spei, cum sequentibus Flor. albi.

2. *elata*, fol. lanceolato-linearibus glabris glaucescentibus scapo duplo brevioribus. Jacq. ic. rar. 2. t. 373. Collect. sup. 30. Cor. externe virescens.

3. *pusilla*, fol. lanceolatis glabris haud canaliculatis, floribus erectis. Willd. Sp. p. 165. D. fol. lanceolato-linearibus glabris, scapum sequantibus. Jacq. ic. rar. 2. t. 374. Collect. suppl. 42. Cor. virescentes uti in sequente.

4. *undulata*; fol. linearibus-lanceolatis glabris undulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 376. Collect. suppl. 41. Hyacinthus revolutus. Thunb. prod. 64? Hab. ad Cap. b. spei. ♄

5. *media*, fol. linearibus-subulatis semiteretibus. D. fol. subulatis antice subcanaliculatis glabris. Jacq. ic. rar. 2. t. 375. Coll. suppl. 40.

*Obs.* Totum genus ab Hyacinthis non satis distinctum est; insertio staminum enim in diversis speciebus Hyacinthi variat. Willd. p. 166.

828. HYACINTHUS. *Cor.* erecta campanulata aut subrotunda 6-fida, passim 6-partita: laciniis æqualibus. (Peri 3-melliferi germinis. Lin.) *Stam.* cor. medio inserta. *Caps.* loculi subbispermi.

* *Corolla 6-partita.* (Scylloïdei.)

1. *Non scriptus*, racemo cernuo: cor. campanulatis sexpartitis apice revolutis. L. Blackw. t. 61. Scilla nutans. Smith. brit. 1. p. 366. Engl. bot. t. 377. Hab. in Angliæ, Galliæ, Hispaniæ, Italiæ nemoribus, vere.

β. *cernuus*, minor, cor. campanulatis

sexpartitis (incarnatis) racemo cernuo. L. H. hispanicus. Clus. hist. 1. p. 177. Hab. in Hispania. Cor. huic basi ventricosior, praecedenti vero minime. L. ♃

2. *convallarioides*, cor. campanulatis sexpartitis, fol. subulatis. Willd. p. 168. Lin. suppl. p. 204. Jacq. Schoenb. 1. p. 42. t. 81. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. lutei.

3. *brevifolius*, cor. sexpartitis, racemo cernuo, fol. scapo brevioribus. Thunb. prod. 63. Cum priore.

** *Corol. campanulata 6-fida.*

4. *amethystinus*, cor. campanulatis semisexfidis basi cylindricis. H. oblongo caeruleo flore, minor. H. minor hispanicus angustifolius. Hab. in Hispania, Russia. ♃

5. *orientalis*, cor. infundibuliformibus semisexfidis basi ventricosis. Hab. in Asia, Africa.

6. *flexuosus*, cor. campanulatis, racemo erecto, fol. linearibus scapo longioribus. Thunb. prod. 64. Hab. ad Cap. b. spei. †

7. *corymbosus*, cor. infundibuliformibus corymbosis erectis, scapo fol. brevior. L. Jacq. Collect. 3. p. 230. t. 19. f. 2. Hab. in Cap. b. spei pascuis. Folia linearia, angustissima, saepius tria. Scapus fol. brevior. Flor. purpurei.

8. *romanus*, cor. campanulatis semisexfidis racemosis, stam. membranaceis. L. Willd. p. 169. Lam. enc. 3. p. 192. Hab. in Italiae cultis et hortis. Cor. campanulatae (cylindrico-ovatae. Gapell.) ultra medium sexfidae, albae. L. Transitum ad sequentem divisionem facit.

*** Muscari. *Corol. ovatis aut cylindricis brevi incisis.*

9. *maritimus*, fol. subulatis, racemo terei, cor. cylindricis: summis coloratis sessilibus abortivis. Muscari. Desf. atl. 1. p. 288. Hab. ad maris littora prope veterem Carthaginem. Cor. fere H. comosi.

10. *parviflorus*, fol. subulato-feliformibus, racemo terminali brevissimi, flor. distinctis. Muscari parviflorus. Desf. l. c. p. 309. Cresc cum priore. Affinis. H. racemoso, sed flor. longe rarioribus et cor. superne latioribus. differt. D.

11. *Muscari*, cor. ovatis omnibus aequalibus. Hort. cliff. 126. Hab. in Asia.

12. *comosus*, cor. angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis erectis. L. In agris, passim in sylvis.

* *monstrosus*, flor. paniculatis monstrosis. L. Hort. cliff. 126. H. *paniculatus*, racemo paniculato sterile, pedunc. ramosis coloratis, cor. campanulatis basi acutis. Lam. enc. 3. p. 193. Moris. s. 4. t. 11. f. 2. Hab. in Italia (Paviae.)

13. *botryoides*, cor. globosis uniformibus, fol. canaliculato-cylindricis strictis. Scop. carn. n°. 424. Lob. ic. p. 108.

14. *racemosus*, cor. ovatis uniformibus confertis, summis sessilibus (sterilibus), fol. laxis dependentibus linearibus. Willd. p. 170. Jacq. austr. t. 187. Knorr. del. 1. t. T. 8. H. junciformis. Lam. l. c. p. 194. Hab. in Europa australi.

**** Zuccangnia. *Cor.* cylindrica. *Petala* tria exteriora longiora, lanceolato-setacea, saepe reflexa.

15. *viridis*, petal. exterioribus subulatis longissimis, fol. linearibus canaliculatis scapo longioribus. Lin. Jacq. ic. rar. 1. t. 66. Zuccangnia viridis. Thunb. Dis. Genera pl. Para. IX. Lachenalia viridis. Willd. Sp. Il. p. 174. Hab. ad Cap. b. spei.

16. *lividus* (H. *serotinus*. L.), flor. secundis, petal. exteriorib. subdistinctis, interioribus coadunatis. L. Cav. ic. p. 18. t. 30. Lachenalia serotina. Willd. p. 175. Hab. in Hispania. Cor. fuscescens: pet. longitudine subaequalia. Flor. initio aestatis.

829. PHORMIUM. *Cor.* 6-petala, infera: petalis 3-interioribus longioribus. *Stam.* adscendentia, exserta. *Caps.* oblonga, triquetra. *Sem.* compressa.

1. *tenax*. Forst. gen. n°. 24. Cook. it. v. 2. t. 96. P. fol. plurimis, inflorescentia ramosa. Lin. suppl. 204. Hab. in N. Zeelandia. Fol. equitantia, ensiformia 2-3-pedalia. Incolae ex hac planta Lini speciem fabricant.

830. LACHENALIA. *Cor.* 6-petala, infera: petalis obtusis 3-interioribus longioribus. *Stam.* erecta. *Caps.* subovata, trialata. *Sem.* globosa.

1. *glaucina*, cor. campanulatis sessilib., petalis interioribus longioribus patulis obtusis, stylo staminib. longiore, fol. linearilanceolatis glabris. Willd. Sp. Il. p. 172.

Jacq. ic. rar. 1. t. 391. Collect. suppl. 39. Hab. ad Cap. b. spei, cum. *sequentibus*. Petala exteriora glauco viridia, apicibus rubicundis, interiora albido-incarnata. Scap. immaculatus.

2. *orchioïdes*, cor. campanulatis sessilibus, stylo longitudine staminum fol. oblongo-lanceolatis margine cartilagineo-crenatis. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 390. Collect. 3. p. 241. Phormium Hyacinthoïdes. Lin. suppl. 204. Scapus maculatus.

3. *pallida*, cor. campanulatis brevissime pedunculatis, scapo apice angulato fol. lineari-oblongis breviore. Willd. L. mediana. Jacq. ic. rar. 2. t. 392. Collect. 3. p. 242.

4. *hyacinthoïdes*, cor. campanulatis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo duplo longioribus. Willd. p. 173. Jacq. ic. rar. 2. t. 382. Collect. suppl. 58. Hyacinthus orchioïdes. Jacq. hort. vind. 2. t. 178. Petala tria exteriora, alba externe apice rubicunda et macula viridi notata, interiora alba emarginata.

5. *angustifolia*, cor. campanulatis, petal. interioribus longioribus, patulis obovatis obtusis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo longioribus. Willd. Jacq. ic. rar. 2. t. 381. Collect. suppl. 47. Scapus rubro-maculatus. Petala alba patentia.

6. *contaminata*, cor. campanulato-cylindraceis, petalis interioribus lanceolatis obtusis erectis, fol. lineari-subulatis canaliculatis laxis scapo longioribus. Willd. p. 174. L. orthopetala. Jacq. ic. 2. t. 383. Collect. 3. p. 240. Fol. supra maculis obscure rubentibus adsperso.

7. *pusilla*, cor. cylindricis, stam. cor. longioribus, fol. elliptico-linearibus basi attenuatis scapo longioribus patulis. Willd. Jacq. ic. 2. t. 385. Collect. suppl. p. 71. Fol. rubro-maculata. Scapus vix ullus. Flor. alabidi adpressi.

8. *patula*, fol geminis lineari-lanceolatis canaliculatis pulposo-carnosis, ad medietatem erectis, dein reflexis, cor. campanulatis. Jacq. ic. rar. 2. t. 381. Collect. 4. p. 149. Cor. alba, sub apice macula viridi et petal. interioribus ad apicem linea rubicunda notatis.

9. *fragrans*, fol. geminis lineari-lanceolatis planis maculatis glabris, scapo erecto, cor. pedicellatis subcampanulatis. Jacq. Schoenb. 2. p. 43. t. 82. Cor. candida.

10. *liliiflora*, fol. geminis ex oblonga lanceolatis dense facie pustulatis, scapo erecto tereti, cor. patenti-reflexis, petalis sublinearibus. Jacq. ic. 2. t. 387. Collect. suppl. 66. Cor. alba.

12. *striatum*, caul. lineis albicentibus striato, fol. trilobis acuminatis serratis, racem. pendulis, petal. ovalibus. Lam. enc. 2. p. 381. A. *pensylvanicum*. Lin. f. A. canadense H. Par. Duham. 1. t. 12. f. 11. Erable jaspé Gal. Hab. in Canada, passim in montibus alleghanis, Penzylv. et Carol. Arb. mediocri altitudine, sed pulchra.

13. *spicatum*, fol. trilobis quinquelobisque acuminatis inæqualiter serratis subtus pubescentib., racem. spiciformib. erectis, petal. linearibus. Lam. l. c. A. montanum. Willd arbor. berol. p. 7. A. *parviflorum*. Ehrh. l. c. p. 25. Hab. in Amer. septentrion. Flor. omnium parvuli.

14. *campestre*, fol. quinquelobis obtusis glabris, racem. erectis, cortice suberoso rimoso. Engl. bot. t. 304. Hab. ad sepes, in sylvaticis. Caps. rubicundæ, alis patentib.

15. *Opalus*, fol. rotundatis lobatis obtuse dentatis subtus glaucis, caps. subglabris: alis semipatentibus. Lam. enc. 2. p. 382. (A. rotundifolium.) A. Opalus. H. Par. Hab. in Italia. Frut. arborescens, ramosissimus, ram. junior. rubicundi. Flor. subcorymbosi, erectiusculi, albi. Caps. subglobosæ.

*Obs. Apolifolium*, foliis quinquelobis subrotundis obtuse dentatis, fruct. cymosis: alis approximatis. Vill. Dauph. 3. p. 802. A. *monspessulanum*. G. B. pin. p. 431. Hab. in Delphin., Helvetiæ montosis, a priore forte non diversum.

16. *monspessulanum*, fol. trilobis integerrimis glabris annuis. L. Duham. 1. t. 10. f. 8. A. trifolium. Bauh. Hab. Monspelii, Italia et Germania. Fol. juniora pubescentia.

17. *creticum*, fol. coriaceis trilobis integerrimis pubescentibus perennantibus. L. Duham. t. 10. f. 9. Hab. in ins. Creta. Fol. Anemon. hepaticæ: juniora integra.

*Obs.* Lamark hanc prioremque speciem sub nomine *A. trilobatum*, conjunxit. An sequens tantum var. junior?

* *sempervirens*, fol. ovatis integerrimis sempervirentibus. Lin. Mant. p. 128. Species dubia, a nemine, praeter Millerum, descripta. †

18. *trifidum*, fol. indivisis trifidisque integris. Thunb. jap. p. 163. Hab. in Japonia.

19. *Negundo*, fol. impari-pinnatis, flor. dioicis. Duham. 1. t. 11. t. 10. Hab. in Pensylvan. ad Carolinam. Arb. magna, fol. fraxiniformibus, ab omnibus distincta.

952. CHLORA. *Cal.* 8-10-phyllus. *Cor.* 1-petala, 8 fida. *Caps.* 1-locularis, 8-valvis, polysperma.

1. *perfoliata*, fol. perfoliatis. L. Willd. Sp. II. p. 340. Gentiana fol. radicalibus ovatis, caulinis triangularibus. Hal. Moris. Hab. in collibus siccis. Fol. glauca. ☉

β. *mascariensis*, cor. duplo majoribus 9-10-partitis, stam. 8-10. Desf. Act. 1. p. 327. Ad rivulos prope Mascar.

2. *quadrifolia*, fol. quaternis. Habit. in Europa australi. Pedunc. terminales, quinque: singulis in medio bracteae 2, oppositae. L.

3. *sessilis*, acaulis, flor. quadrifidis. Willd. p. 341. Gentiana sessilis. L. Feuil. peruv. 3. p. 20. t. 14. Hab. in R. chilensi.

4? *imperfoliata*, cor. sexfidis. Hab. in Italia. Fol. sessilia ovata. Filam. sex. Styli duo conglutinati. Fruct. ignotus. L.

953. MICHAUXIA. *Cal.* multifidus. *Cor.* rotata, 8-10-partita, revoluta. *Nect.* 8-valve, staminiferum. *Caps.* 8-10-locularis, polysperma.

1. *strigosa*, fol. radicalibus pinnatifidis, caul. strigoso. Ait. Kew. 2. p. 8. Herit. monograph. Mindium. Adans. Juss. Campanula fol. radicalibus dentato-pinnatis, caulinis cordatis sessilibus. Gron. virg. 19. Moris. 6. 5. t. 3. f. 31. Hab. in Oriente, Syria, Libano. ♂

2. *laevigata*, fol. radicalibus ovatis serratis, caulinis oblongatis semiamplexicaulibus, caul. laevi glabertimo. Vent. Hort. Cels. p. 81. t. 81. Hab. in Persia, in monte Albourg. Fol. pilosa.

954. JEFFERSONIA. *Cal.* 5-phyllus, coloratus, deciduus. *Cor.* 8-petala, incurvo-patentia. *Stam.* ovarium ambientia. *Caps.* obovata, substipitata, 1-locularis, infra apicem dehiscens. *Sem.* plura, oblonga, ad basin arillata.

1. *diphylla*. Barton in Act. Philad. J. Bartonis. Michaux. Flor. 1. p. 237. Podophyllum diphyllum. Lin. syst. veg. ed. 15. p. 523. Hab. in montib. occidentalib. Tennesée. Acaulis; pedunc. nudus, 1-florus. Fol. conjugata.

955. ANTICHORUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* supera, subulata, 4-locularis, 4-valvis. *Sem.* plurima.

1. *depressus*. L. fasc. pl. p. 3. t. 2. Lam. ill. t. 295. Jussiaea edulis. Forsk. Hab. in Arabia. Flor. axillares, bini. Fructus reflexi. Planta pusilla.

956. BUGINVILLÆA. *Cal.* 0. *Cor.* tubulosa, medio coarctata. *Stam.* receptaculo insidentia, inclusa. Fruct. . . . (Flos tubulosus bracteæ majusculæ s. involucro insidens.)

1. *bracteata*. B. spectabilis. Willd. Sp. II. p. 348. Lam. ill. t. 294. Hab. in Brasilia. Fruct. facie Pisoniae, sempervirens, aculeatus. Fol. ovato subrotunda, integerrima.

957. NEÆA. *Involucr.* 2-3-phyllum, squamæforme. *Cor.* tubulosa. *Stam.* cor. breviora, alternantia longiora. *Drupa* monosperma, coronata. *Nucleus* tunicatus.

1. *verticillata*, fol. quaternis lanceolatis. Ruiz. et Pavon Syst. veg. Fl. Peruv. p. 90. Hab. in Peruviae nemoribus. Frut. 3-orgyalis.

2. *oppositifolia*, fol. oblongo-ovalibus acuminatis. Ruiz et Pav. l. c. p. 91. In Peruv. sylvis. Flor. sero autumno; uti prior, quadriorgyalis. ♄

*Obs.* Ad Familiam Nyctagineam secundum cl. Jussieu in Annal. d. Museum, cah. 2. p. 275. c. priore genere pertinet.

958. BORONIA. *Cal.* 4-fidus, persistens. *Petala* 4, ovata. *Nectar.* coronatum. *Filam.* ciliata, incurva. *Stigm.* capitatum. *Caps.* 4, 2-valves. *Semina* subsolitaria, arillata.

1. *pinnata*, fol. imparipinnatis linearibus, pedunc. axillarib. dichotomis, filam. apice obtusis glandulosis. Andrew. t. 58. Vent. Hort. Malmais. p. 38. Cresc. in N. Hollandia. Cor. Febr. Maj. E. Fam. Rutacea. Cor. rubella.

959. CORREA. *Cal.* campanulatus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis dissiliens: locul. 1-2-spermis.

1. *alba*, fol. ovatis obtusis subtus albidis, flor. terminalib. subumbellatis, petal. basi conniventibus. Venten. Malmais. p. 13. t. 13. Andrew. t. 18. Willd. Sp. II. p. 324. Hab. uti sequentes, in N. Hollandia.

2. *rufa*, fol. subrotundis subtus ferrugineis, flor. solitariis axillaribus et terminalib. Vent. l. c. Mazentoxeron rufum. Labillard. Voyag. à la recherche de la Peyrouse. 2. p. 11. t. 17.

3. *reflexa*, fol. ovatis reflexis, cor. cylindricis. Vent. Maz. reflexum. Labillardiere. l. c. t. 19.

4. *revoluta*, fol. lanceolatis serrulatis, margine revolutis Vent. l. c. – Hoc genus Rutaceis affine est.

960. TETRATHECA. *Cal.* 4-dus, inferus. *Cor.* 4-petala. *Anth.* 4-loculares. *Caps.* 2-loculares, 5-valvis: valv. medio septiferis. *Sem.* subbina.

1. *juncea*, glabra, fol. alternis lanceolatis, caul. acutangulo, ramis elongatis nudiusculis. Smith. N. Holl. 1. p. 5. t. 2. Willd. Sp. II. p. 321. Hab. in N. Hollandia, cum seq.

2. *oppositifolia*, fol. subsparsis lanceolato-linearibus oppositis: flor. erectis.

3. *ericaefolia*, fol. verticillatis linearibus, flor. cernuis.

*Obs.* Duae has species vidi in Herbario D. Thibaud, a cl. Née in Australasia collectas.

961. OXYCOCCUS. *Cal.* superus, 4-fidus. *Cor.* 4-partita: laciniis sublinearibus revolutis. *Filam.* conniventia. *Anth.* tubulosæ, bipartitæ. R. *Bacca* polysperma.

1. *palustris* (europaeus), foliis ovatis integerrimis revolutis, caule filiformibus repentib. nudis. *Oxycoccus*, a. Vaccinia palustris. J. Bauh. 1. p. 525. ic. Vaccinium. L. Flor. dan. t. 80. Lam. ill. t. 286. f. 3. Scollera Roth. germ. 2. p. 442. c. bon. descr. Hab. in uliginosis, sphagnosis, sempervirens. Bacca purpurea.

β ? *macrocarpus*, foliis integerrimis ovali-oblongis planis obtusis, caule repentibus filiformib. Vac. macrocarpum. Ait. Kew. 2. p. 13. t. 7. Lam. ill. t. 286. f. 4. V. oxycoc. β. oblongifolius. Michaux. Flor. 1. p. 228. Hab. in Canadae turfosis paludosis.

2. *hispidulus*, fol. subrotundo-ovalibus acuminatis, caule repentib. hispidis. Lin. Willd. Sp. II. p. 355. Michaux. l. c. t. 23. sub Vaccinio. Arbutus thymifolia. Ait. A. filiformis. Lam. enc. Hab. in Amer. bor. cupressetis humidis. Caule ferrugineo-hirsutus. Bacca nivea, edulis.

3. *erythrocarpus*, fol. ovalib. acuminatis serrulatis ciliatisque, caul. erecto. Michaux. p. 227. sub Vacc. Hab. in Carol. septent. montib. altis. Cor. ante anthesin longa, conoidea. Anth. exertae. Bac. coccinea. ♄

*Obs.* Habitu, loco natali, praesertim cor. forma a *Vaccinüs* (quae ob stamina utplurimum 10, ad decandriam sunt relata), differt hoc genus.

962. MENZIESIA. *Cal.* monophyllus. *Cor.* monopetala, ovata. *Filam.* receptaculo inserta. *Caps.* supera, quadrilocularis, dissepimenta e marginibus inflexis valvularum. *Sem.* numerosa, oblonga.

1. *ferruginea*, flor. folliisque terminalibus fasciculatis lanceolatis planis, subtus laevibus. Jussieu in Annal. du Mus. d'hist. nat. 1. p. 55. Smith ic. ined. 1. p. 56. t. 56. Willd. p. 355. Lam. ill. t. 285. Hab. in Amer. boreali. ♄

2. *polifolia*, flor. terminalib. racemosis, fol. alternis ovatis revolutis subtus tomento-tomentosis. Juss. l. c. Andromeda *Daboecia*. Lin. Syst. veg. Erica Daboecii.

Ej. Sp. pl. Willd. p. 385. Smith. brit. 1. p. 420. Engl. bot. t. 35. Hab. in montib. Hiberniae occidentalis. ♄

3 ? *pilosa*, fol. pilosis apice nivels. Lin. ill. gen. p. 494. Journ. d'hist. nat. 1. p. 410. conf. Juss. Annal. l. c. p. 66. Hab. in Amer. bor.

963. ERICA. *Cal.* 4-phyllus, persistens. *Cor.* 4-fida, persistens. *Filam.* receptaculo inserta. *Antherae* bifidae. *Caps.* membranacea, 4-8-locularis. *Dissepimenta* e valvularum margine. *Sem.* singulis loculis plura.

† ARISTATAE. * *fol. oppositis.*

1. *glutinosa*, antheris aristatis pistilloque inclusis, corol. globoso-ovatis, fol. oppositis sparsisque ciliato-glandulosis linearib. Willd. Sp. pl. II. p. 356. Thunb. Diss. de Erica n. 48. Icon. horti Kewens. t. 17. E. droseroides. Lam. enc. 1. p. 489. Andromeda droseroides, racemis secundis, foliis linearibus pilosis viscidis. L. Mant. 239. Petiv. mus. t. 161. Hab. ad Cap. b. spei in pinnitie montis Tabularis. Cor. ovata violacea, collo atropurpureo, limbo minuto albo.

*Obs.* Omnes fere species, quae parvi frutices sunt, ad Cap. bon. spei africe. crescunt, hinc ad plurimas indicatio loci natalis in spatii compendium omissa est.

2. *lutea*, anth. aristatis styloque inclusis, corol. oblongo-ovatis, flor. terminalibus; fol. linearibus trigonis glabris oppositis, ramis deflexis. Willd. p. 357. Lam. ill. t. 287. f. 2. Wendland de Erica. p. 13. t. 4. Andrews Erica. n°. 11. c. Icon. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. subrostrata lutea. ♄

** *foliis ternis.*

3. *paniculata*, aristata, fol. ternis trigonis glabris, flor. lateralibus aggregatis, caule erecto. Pluk. alm. 136. t. 279. f. 2. Seb. mus. 2. p. 46. t. 44. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

4. *depressa*, anth. aristatis inclusis, corcampanulatis, stylo incluso, flor. paris, fol. ternis, caule depresso. L. Mant. 230. Thunb. Diss. n°. 50. t. 6. f. 3. Hab. ad Cap. b. spei in lateribus rupium et planitie montis Tabularis. Cor. campanulata rubra. ♄

5. *halicacaba*, anther. aristatis, stylo incluso, cor. campanulato-ovatis inflatis, flor. terminalibus solitariis, foliis ternis linearib. trigonis. Willd. p. 358. Thunb. Diss. n°. 51. Icon. horti Kewens. t. 2 Lam. ill. t. 288. f. 2. (mala). Hab. in rupibus praerruptis cum priore. Cor. magna, flavo-virescens. ♄

6. *Monsoniana*, anth. aristatis inclusis, stylo incluso, cor. oblongo-ovatis, calyce duplici colorato, flor. terminalibus subcapitatis, fol. ternis oblongis obtusis. Willd. Thunb. Diss. n°. 52. t. 1. fol. 2. Icon. horti Kewens. t. 7. Hab. in montibus Hottentot Holland. Flor. magn. albi. ♄

7. *discolor*, anth. aristatis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis, calyce duplici, flor. terminalibus ternis, fol. ternis glabris. Willd. p. 359. E. discolor. Andrews Erica. n°. 3. c. Icon. mala. Hab. ad Cap. b. spei. Cor. pallide purpurea, apice virescens. ♄

8. *densifolia*, anth. aristatis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis pubescentibus, flor. axillaribus, fol. ternis oblongis imbricatis. Willd. Cor. pubescens. ♄

9. *cruenta*, anth. aristatis inclusis, stylo exserto, cor. tubulosis incurvis, calyce simplici glanduloso-dentato, flor. axillaribus verticillatis, fol ternis margine scabris. Willd. p. 360. Icon. horti Kewens. t. 13. Andrews Erica. ic. Cor. punices cylindraceae uncialis, parum incurvae, glebra. ♄

10. *nigrita*, anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, caylicibus imbricatis trifloris sessilibus, cap. tomentosa. E. laricina. Berg. cap. 94. Seba mus. 2. p. 11. t. 9. f. 7. Hab. in summitate montis Diaboli. Flores albi. Antherae obtusae, nigrae. ♄

11. *phylicoides*, anth. aristatis inclusis, stylo incluso, cor. campanulatis calyce paullo longioribus, flor. axillaribus sessilibus, fol. ternis sexfariam imbricatis. Willd. p. 361. Habitus Phylicae ericoidis. ♄

12. *regerminans*, anth. aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. acutis, flor. racemosis. L. Thunb. Diss. n°. 54. Caulis, ramis junceis. Cor. ovato-globosa rubra, ore obtuso. Ramus spicam continuat. L. ♄

13. *urceolaris*, anther. aristatis, cor. ovato-conicis villosis, stylo incluso, cal. lanceolatis, flor. umbellatis, fol. ternis. Ait. Kew. 2. p. 15. Icon. horti Kewens. t. 16. E. pentaphylla. Lin. Syst. veg. 302. E. caffra. Lin. Sp. pl. Edit. 1. et 2. Seba mus. 1. p. 32. t. 21. f. 2. ♄

14. *marifolia*, anth. aristatis, cor. ovato-conicis, stylo mediocri, fol. ternis ovatis, pubescentib. subtus albidis. Ait. Kew. 2.

p. 15. Icon. horti Kewens. t. 14. Rami pilosi. Folia subtus alba. Flores umbellati. ♄

15. *planifolia*, anth. aristatis exsertis, cor. campanulatis, fol. ternis quaternisve ovatis acutis glanduloso-ciliatis. Willd. p. 362. E. thymifolia. Wendl. obs. p. 48. Pluk. mont. 69. t. 347. f. 1. Rami pilis apice glanduliferis. ♄

16. *hirta*, aristata, fol. ternis linearibus hispidis, flor. umbellatis, cal. scabro rudi. Thunb. Diss. n°. 56. t. 2. f. 3. Corollae globosae subvillosae, longe pedunculatae. Willd. ♄

17. *bicolor*, aristata, fol. ternis ovatis scabris, flor. ternis cernuis glabris, cal. villoso colorato. Thunb. Diss. n°. 51. ♄

18. *articularis*, anth. aristatis inclusis, cor. globosis cal. colorato multo minoribus, fol. ternis linearibus margine membranaceis. Willd. p. 363. Thunb. Diss. n°. 58. E. pulchella Andr. E. n°. 51. c. Ic. Cel. ovatus incarnatus. Cor. alba. Stylus atropurpureus. Stigma coeruleseens. ♄

19. *viridipurpurea*, anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. sparsis. L. Syst. veg. p. 301. Lin. Diss. n°. 9. cum fig. flor. E. pelviformis. Salisb. l. c. p. 376. Thunb. Diss. n°. 52. Hab. in Lusitania. Variat fol. quaternis. ♄

* * * *foliis quaternis.*

20. *caterwaefolia*, caul. angulato pubescente, tubo anguste obovato. anther. foraminosis. Salisb. in Act. Soc. Lin. 6. p. 372. E. pubescens. β. villosa. Thunb. In monte Tafelsberg.

21. *pubescens*, fol. laminis parum replicatis fimbriatis, cor. lineari pubescente, limbo erecto, caps. glabra. Salisb. Andrew. Eric. n°. 60. ic. E. hirtiflora. Curt. mag. t. . n°. 481. E. pubescens, var. hispida. Th. Fol. quaterna.

22. *tardiflora*, cal. adpresso ovato-cuneato, cor. lineari pubescente, limbo brevissimo recurvo, cap. hirta. Salisb. p. 373. E. pubescens. Curt. mag. n°. 480.

23. *parviflora*, cal. adpresso rhombeo-cuneato, cor. lineari pubescente, calcarib. auricularibus, caps. glabra. Salisb. E. pubescens. Lin. Diss. de Erica. n°. 19. E. parviflora. Lin. Sp. pl. p. 606.

24. *exigua*, cal. adpresso ovato conimato, cor. lineari pubescente : tubo ovali, limb. brevissimo, calcar. lineari-attenuatis, peric. glabro. Saliab. E. pubescens, var. parviflora. Thunb. Fol. 3-na, saepius 4-na.

25. *persoluta*, aristata, fol. ternis quaternisque trigonis glabris, flor. umbellatis calyce ciliato. Thunb. Diss. n°. 62. E. strigosa. Willd. p. 365. Wendl. de Er. fasc. 2. p. 25. ic. E. subdivaricata. Berg. cap. p. 114. Hab. in campis arenosis Cap. b. spei. Cor. alba. ♄

26. *gracilis*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. campanulatis, calyce colorato, lacin. linearib. glabris, flor. terminalibus umbellatis, fol. quaternis linearibus glabris adpressis, caule glaberrimo. Willd. p. 365. Wendl. obs. bot. p. 47.

27. *strigosa*, anth. aristatis, cor. campanulatis glabris, stylo exserto, fol. quaternis pubescentibus ciliatis. Ait. Kew. 2. p. 17. E. axillaris. Salisb. l. c. p. 325. Cor. pallide rubens. Anth. inclusae oblongae nigricantes. Stigm. nigro-purpureum. Ait. ♄

28. *arborea*, anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis, ramulis incanis. L. Syst. veg. 302. E. scoparia. Thunb. E. procera. Salisb. l. c. p. 328. Hab. in Europa australi. Flor. Convallariae, albi. Caul. incani. L. ♄

β. *stylosa*. Rudolphi. in bot. Journ. 1800. p. 233. E. arborea quorumd. E. cafra. Lin. Cresc. cum antecedente. Styl. cor. multo longior. Stigm. depresso-capitatum.

29. *stricta*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. ovatis, flor. terminalibus umbellatis, fol. quaternis linearibus glabris horizontalibus. Willd. Donn. Catal. hort. Cantab. p. 45. Hab. ad Cap. b. spei et in insula Corsica legit G. *Jony*. Cal. viridis. Cor. rubra ovata, laciniis reflexis. ♄

30. *florida*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. globosis, cal. villoso reflexo, flor. terminalibus umbellatis, foliis quaternis linearibus pilosis. Willd. p. 367. Thunb. Diss. n°. 64. t. 6. f. 1. ♄

31. *mucosa*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. globosis mucosis, pedunc. ternis terminalibus flore longioribus, fol. quaternis linearib. margine cartilagineo serratis. Willd. Andrews Erica. ic. Icon. horti Kewens. t. 15. Berg. cap. 112. Hab. ad Cap. b. spei inter urbem et Bay falso. Calyx scariosus mucosus. Cor. mucosa. ♄

32. *pilulifera*, aristata, fol. quaternis linearibus ciliatis, umbellatis, calyce naviculari apice ciliato glabro. Thunb. Diss. n°. 65. Habit. in montibus versus Bay falso. ♄

33. *amoena*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. campanulatis, calyce colorato villoso, flor. axillaribus verticillatis, fol.

quaternis linearibus imbricatis villosis. Willd. p. 368. Wendl. obs. p. 48. ♄

34. *Tetralix*, anth. aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, fol. quaternis ciliatis, flor. capitatis. Lin. Flor. dan. t. 81. Hab. in Europa boreali. ♄.

35. *inflata*, aristata, fol. quaternis linearibus glabris, flor. umbellatis ventricosis, cal. subulato glabro. Thunb. Diss. n°. 69. t. 2. f. 2. Cor. ventricosa pallide sanguinea, subpollicaris. ♄

36. *gibba*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. cylindricis, calycinis foliolis membranaceis, flor. axillaribus verticillatis, fol. quaternis linearibus glabris cartilagineo-mucronatis. Willd. p. 369. Wendl. obs. 48. Cor. magna, sordide flavescens, apice virescens. ♄

37. *verticillata*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. cylindricis supra basin constrictis, flor. pendulis verticillatis, foliis quaternis patentibus. Willd. p. 370. Andrews Erica. n°. 21. c. Icon. Cor. coccinea supra basin constricta. ♄

*Obs.* Cl. Salisbury (l. c. p. 366.) hanc ut varietatem sequentis respicit.

38. *Pattersonia*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavata, flor. horizontalibus terminalibus, foliis quaternis quinisve glabris: junioribus confertissimis. Willd. p. 355. Thunb. prodr. suppl. p. 189. E. Pattersonia. Andrews Erica. n°. 7. c. Icon. Wendl. Ericarp. 15. t. 5. Cor. flava. Anth. inclusae.

**** *foliis senis.*

39. *mammosa*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. clavato-cylindraceis, flor. umbellatis, fol. subsenis linearibus reflexis. Willd. E. *abietina*. Thunb. Diss. 68. auctoritate ejus specim. Saliab. Buxb. Cent. 4. p. 25. t. 41. 42. E. abietina. Willd. p. 369. excl. syn. Lin. Hab. ad Cap. b. spei. Caulis rigidulus, lineis albis subulatis a cicatriculis foliorum decurrentibus. Cor. sanguinea, longissima. Antherae cor. longiores. ♄

40. *empetrifolia*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. campanulatis, flor. verticillatis, fol. senis linearibus pilosis. Willd. p. 371. Thunb. Diss. n°. 70. Hab. ad Cap. b. spei. Fol. ut Lycopodii, quasi spiraliter, unde numerus eorum difficilis. Th. ♄

41. *mollearis*, cal. 4-fido, cor. lineari laevi: tubo urceolari, limbo recurvo-patentissimo, caps. hirsuta. Spliab. p. 370. E. empetrifolia. Schneevogt. n°. 17, c. in Habitu praecedentis, sed flor. diversi. S.

42. *spicata*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis, flor. in ramorum apice verticillatis, fol. quaternis senisve linearibus glabris. Willd. Thunb. Diss. n°. 71. t. 2. f. 3. Wendl. Eric. 2. p. 27. E. sessiflora. Lin. suppl. 222. Hab. ad Cap. b. spei in montibus inter Nordhoek et Bay falso. Frutex fuscus. Cor. saepius cernua.

***** *foliis octonis.*

43. *octophylla*, anth. aristatis, stylo incluso, cor. cylindraceis ventricosis, flor. umbellato-capitatis, fol. linearibus octonis truncatis. Willd. p 372. Thunb. Diss. n°. 72. t. 3. f. 1. E. fascicularis. Lin. suppl. 222. Hab. in montibus Hottentota-Hollandiae. Cor. grossa purpurea. Anth. longitudine cor.

*Obs.* Has duas sub nomine E. *radiflorae* conjunxit Salisb. l. c. p. 860.

44. *fascicularis*, anth. aristatis, stylo exserto, cor. cylindricis clavatis, flor. numerosis verticillatis horizontalibus, foliis octonis linearibus glanduloso-denticulatis. Willd. p. 373. Icon. horti Kewens. t. 6. E. coronata. Andrews Erica. Cor. uncialis, sanguinea, apice viridis. Anth. inclusae.

†† Calyxatae. * *foliis sparsis.*

45. *obliqua*, anth. cristatis, stylo incluso, cor. ovatis viscosis, flor. terminalibus umbellatis, fol. suboppositis sparsis linearibus arcuatis truncatis. Willd. p. 373. Thunb. Diss. n°. 73. t. 1. f. 3. Icon horti Kewens. t. 3. Pedunc. flore longiores colorati viscidi, bracteis 3 instructi. W.

** *foliis oppositis.*

46. *vulgaris*, anth. aristatis, cor. campanulatis subaequalibus, calycibus duplicatis, fol. oppositis sagittatis. L. Fl. dan. t. 627. Hab. in campestribus sterilibus, sylvaticis arenosis. Var. fol. hirsutis et squarrosis. vid. Willd.

*Obs.* Hanc stirpem', si quae alia in toto ordine proprium debet constituere genus, jure antiquiore profecto suum nomen retinuisset, sed cum tot aliae stirpes, apud omnes Botanicos jam eodem cognomine gaudeant, satius duxi hanc unam novo insignire titulo: itaque *Callunam* appellavi, ob usum, ejus frequentissimum in scopis conficiendis. *Essentia generis* qua differt ab Erica, est in pericarpii (capsulae) valvis, ad latera loculorum dehiscentibus, septis axi relictis, habitus, absque ullo rudimento petiolo pedunculive, omnia sessilia. Salisb. l. c. p. 317.

**** foliis ternis.*

47. *gnaphalodes*, anth. cristatis, cor. ovatis tectis, stylo incluso, fol. ternis, stigm. quadripartito. Berg. cap. p. 119. Thunb. Diss. n°. 75. Pluck. mant. 68. t. 346. f. 11, Houttuyn. t. 23. f. 1. Hab. ad Cap. b. spei in collibus arenosis. ♄

48. *corifolia*, anth. cristatis, cor ovatis, stylo incluso, col. turbinatis, fol. ternis, flor. umbellatis. Berg. cap. 108. Thunb. Diss. n°. 77. Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 3. Pet. gaz. 7. t. 3. f. 7. Hab. in campo sabuloso infra Tafelsberg et Sternberg. Cor. purpurea. Stigm. capitatum.

49. *calycina*, anth. cristatis, stylo incluso, cor. ovatis magnitudine cal. colorati patentis, fol. ternis adpressis. Willd. p. 375. Thunb. Diss. n°. 78. Andrews Erica. ic. Seb. mus. 2. p. 13. t. 11. f. 7. Hab. in summitate montis Tabularis.

50. *bracteolaris*, anth. cristatis inclusis, cor. prismaticis, bract. numerosis imbricatis purpureis flor. obvolventibus, fol. ternis, flor. fasciculatis. Lam. enc. 1. p. 482. Facie Diosmae. †

51. *triflora*, anth. cristatis, cor. globoso-campanulatis, styl. incluso, fol. 3-nis, flor. terminalib. Lin. Mant. p. 374. Thunb. Diss. n°. 79. t. 5. f. 2.

52. *pyrolaeflora*, foliorum laminis cuneatis, calyce ovato-cuneato, cor. biineari, tubo 4-angulo, sperrico, calcarib. late auricularibus. Saliab. l. c. p. 351. E. triflora. Willd. Sp. pl. exclusis synonym. Persimilis praecedenti, sed differt, tubo cor. apice intus sub sinubus limbi, in tot carinas canaliculatas, extremitate pilis aliquot minutis barbatas, prominente. Saliab.

53. *scoparia*, anth. cristatis, cor. campanulatis, stigmate exserto peltato, fol. ternis. L. Syst. veg. 302. E. *fucata*. Thunb. Willd. p. 387. E. *scoparia*, ramis virgatis, fol. ternis patentib. flor. triplo longioribus, cal. viridibus. Rudolphi in Bot. Journ. 1801. p. 232. E. major scoparia, fol. deciduis. Bauh. pin. 465. E. coris folio IV. Clus. hist. 1. p. 42. Hab. Monsp. in Hisp., Eur. australi. ♄

54. *Bergiana*, cristata, fol. ternis lanceolatis scabris, flor. subternis, cal. reflexo ciliato. Thunb. Diss. n°. 81. E. *quadriflora*. Willd. Sp. II. p. 379. Wendl. Er. fasc. 2. p. 29. c. Icon. Hab. in Roode Sands Kloof. Cor. campanulata purpurea obtusa.

55. *formosa*, cristata, fol. ternis ovatis integris glabris, flor. umbellatis sulcatis, cal. patenti integro. Thunb. Diss. n°. 82. t. 3. f. 3. Fol. obtusa patentia. Cor. albida, globosa. Anth. stylusque inclusus.

56. *rubens*, cristata, fol. ternis linearib. integris glabris, flor. umbellatis globosis, cal. lanceolato brevi, ramis glabris. Thunb. Diss. n°. 83. Cor. sanguinea, magnitudine piperis. Anth. stylusque inclusus.

57. *incarnata*, cristata, fol. ternis ovatis integris glabris, flor. umbellatis ovatis, cal. integro, ramis villosis. Thunb. Diss. n°. 84. *Obs.* E. *incarnata* hortulanor. diversa est. Cal. foliola glabra, adpressa purpurea. Cor. oblonga alba. Anth. inclusae.

58. *cinerea*, anth. cristatis, cor. ovatis, stylo subexserto, fol. ternis, stigm. capitato. Flor. dan. t. 38. Curt. Lond. fasc. 1. t. 26. bon. Hab. in Eur. media, inque Oriente, (copiose circa Parisios.) Flor. exsiccati caerulei.

59. *australis* anth. cristatis, cor. cylindricis, stylo exserto, fol. ternis patentibus. L. Syst. veg. 303. Thunb. Diss. n°. 86. Wendl. de Er. fasc. 9. p. 13. ic. Hab. in Hispania. Cor. obtusa, calyce triplo longior, lacin. cor. canescentes. L.

***** foliis quaternis.*

60. *ramentacea*, anth. cristatis, stylo incluso, cor. globosis, flor. umbellatis, fol. quaternis linearibus trigonis patentib. glabris. Willd. p. 379. Lam. ill. t. 287. f. 3. Andrews Erica. Wendl. de Er. p. 17. t. 6. Cor. purpurea.

61. *lateralis*, anth. cristatis, cor. globoso-campanulatis, cal. adpressis ciliatis, flor. terminalib. et axillarib. secundis, fol. quaternis glabris horizontalibus. Willd. p. 380. Var. E. *rubens humilis* Wendl. Er. fasc. 3. p. 13. c. Icon. Fol. acerosa, linearitrigona. Flor. numerosi, purpurei.

62. *margaritacea*, anth. cristatis, stylo exserto, cor. globoso-campanulatis, flor. terminalib. subumbellatis, fol. quaternis lineari-trigonis glabris erectis. Willd. Ait. Kew. 2. p. 20. Flor. terminales. Cor. alba, tubus urceolatus. Filam. apice inflexa. Stigma subquadrilobum. A.

63. *baccans*, anth. cristatis, stylo incluso, cor. globosis cal. colorati magnitudine, flor. umbellatis termivalibus, fol. quaternis lineari-trigonis margine cartilagineis glabris imbricatis. Willd. p. 381. Andrews Erica. Thunb. Diss. n°. 88. Seba. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 5. Hab. in collibus arenosis Cap. b. spei. Pedunc. purpurei. Cor. campanulato-subglobosa, rubra.

64. *pendula*, anth. cristatis, stylo in-

cluso, cor. ovatis, umb. multifloris terminalib., fol. quaternis quinisve glabris oblongis margine revolutis, ramis pendulis. Willd. Wendl. obs. 48. Cor. ovata. Anth. stylusque inclusus.

65. *physodes*, cristata, fol. quaternis lineari-bus, flor. umbellatis viscosis, cal. ovato brevi. Thunb. Diss. 89. Andrews Eric. 44. c. icon. Hab. in planitie montis Tabularis. Cal. ovatus. Cor. viscida.

66. *laxa*, cristata, fol. quaternis linearibus, flor. umbellatis glabris, cal. ovato ciliato. Thunb. prodr. suppl. p. 189.

67. *cernua*, cristata, fol. quaternis ovatis ciliatis, flor. capitatis, cal. ciliato. Thunb. Diss. n°. 90. E. cernua. Montin Act. upс. 2. p. 291. t. 9. f. 3. mala. Hab. in Koude Bokkeveld. ♄

68. *lanceolata*, cristata, flor. capitatis cernuis, fol. quaternis lanceolatis erectis glabris. E. cernua lanceolata. Wendl. de Er. fasc. 8. p. 13. ic.

69. *retorta*, anth. subcristatis, fol. quaternis recurvis, cor. ovato-oblongis, stylo medioeri. Lin. suppl. p. 220. Andrews Eric. n°. 15. Lam. ill. t. 388. f. 1. Hab. in montibus Hottentots-Holland. Cor. infusta, viscida. Filam. linearia, membranacea.

††† *Muticæ.* * *foliis oppositis.*

70. *tenuifolia*, anth. muticis inclusis, cor. calyceque sanguineis, fol. oppositis. L. Sob. mus. 1. p. 157. t. 73. f. 6.

** *foliis ternis.*

71. *albens*, anth. muticis inclusis, cor. ovatis oblongis acutis, racemis secundis, fol. ternis. L. Mant. 231. Curt. Bot. mag. n°. 440. c. Icon. Flor. subspicati, albi. L. ochroleuci?

72. *bracteata*, mutica, fol. ternis lanceolatis glabris, flor. umbellatis bracteis petiolatis coloratis obvallatis. Thunb. Diss. n. 3. Hab. in montibus Platte Kloof. Flor. umbellati bract. obvallati. Bract. interiores totae sanguineae. Th.

73. *Thunbergii*, anth. muticis mediocribus, cor. planis, tube globoso, stylo exserto, fol. ternis. Lin. suppl. p. 220. Thunb. Diss. n. 4. Mont. Act. upс. 2. p. 290. t. 9. f. 2. mala. Hab. in Koude Bokkeveld. Caul. rufescens. Flor. terminales pedunculati. Cor. tubus subglobosus. Anth. purpureae, bifidae.

74. *tetragona*, mutica, fol. ternis lanceolatis, flor. racemosis secundis tetragonis. Thunb. Diss. n. 5. t. 4. f. 2. Lin. suppl. 226. Flor. lutei.

75. *umbellata*, anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis acerosis. L. Syst. veg. 306. Icon. horti Kewens. t. 5. Loefl. it. 138. Hab. in Lusitania. Anth. basi gibboso-caudatae. Cor. coarctatae.

76. *sudiflora*, anth. muticis exsertis, cor. cylindricis, stylo exserto, fol. ternis, ramis tomentosis. L. Mant. 229. Smith. ic. ined. 1. p. 57. Thunb. prodr. suppl. Caul. hispido tomentosus. Th.

*Obs.* Ab. E. ramosa differt, fol. ternis glabris, calyce glabro. Willd. Fol. ciliata dicit Thunb. l. c.

77. *petiolata*, anth. muticis exsertis, stylo exserto, cor. campanulatis calyce colorato bracteato parum longioribus, flor. terminalibus, fol. ternis lanceolatis glabris. Willd. p. 386. E. mutica, fol. ternis lanceolatis glabris, flor. umbellatis campanulatis, caule decumbente. Thunb. Diss. n. 7. t. 6. f. 2. bona. Facies Rosmar. officin. Lin. Hab. in mont. Tabulari.

78. *Bryanthа*, anth. muticis, stylo exserto, cor. campanulata, flor. racemosis corymbosis, fol. ternis oblongis obtusis. Willd. Thunb. Diss. n. 8. Andromeda. L. Mant. 238. Pall. ross. 2. p. 57. t. 14. f. 1. Bryanthus repens serpillifoli, flor. roseo. Gmel. sib. 4. p. 133. t. 57. fig. 3. Hab. in Sibiria ad portum Ochotsenſem, in Camtschatica et in insula Bergii. Planta densis caespitibus uti Serpillum provenit.

79. *Stelleriana*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. campalutis, flor. terminalibus geminis, fol. subternis oblongo-linearibus obtusis. Willd. p. 387. Pallas. ross. 2. Hab. in Camtschatca. Simillima praecedenti.

80. *axillaris*, mutica, fol. ternis trigonis glabris, flor. racemosis globosis, ramis tomentosis. Thunb. Diss. n. 10. Hab. ad Cap. b. spei. Flor. axillis foliorum solitarii, pedunculati, globosi, minuti.

81. *imbricata*, anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, cal. imbricatis, stylo exserto, fol. ternis. Syst. veg. 306. Lin. Diss. n. 53. cum fig. floris. Hab. in collibus arenosis.

82. *sexfaria*, anth. muticis exsertis, stylo exserto, cor. campanulatis cal. colorato imbricato breviorib., flor. tenuis terminalibus, fol. ternis lineari-trigonis glabris sexfariam imbricatis. Willd. p. 388. Icon. horti Kewensis t. 11. Tota glabra. Flor. tres

brevissime pedunculati, albi. Cal. foliola subrotunda.

83. *melanthera*, anth. muticis mediocribus, cor. campanulatis calyce 4-fida duplo longioribus, stylo longe exserto, pericarpio sericeo, fol. ternis. Lin. Mant. 232. E. *lysimachiæflora*. Saliab. l. c. p. 332.

84. *cristæflora*, anth. muticis, fol. ternis trigonis glabris, flor. umbellatis, calycib. 4-phyllis, limbo tubo triplo longiore, basi integro, capa. laevi. Saliab. p. 332. E. *mesanthera*. Thunb. Diss. n. 12.

85. *leucanthera*, mutica, foliis ternis trigonis glabris, flor. umbellatis, anth. exsertis albis. Willd. Sp. Pl. p. 389. Lin. suppl. 223. Cor. alba.

86. *taxifolia*, anth. muticis inclusis, cor. ovata calyce colorato tecta, flor. umbellato-corymbosis, fol. lineari-trigonis margine cartilagineis. Willd. p. 389. Icon. horti Kewens. 19. Wendl. Eric. fasc. 11. p. 19. c. Icon. Caul. ramis cicatriatis. Cor. tubo carneo, laciniis purpureis. Filam. alba. Anth. flavae, ovatae.

87. *spumosa*, anth. muticis inclusis, cor. ternis calyce communi obtectis, stylo exserto, fol. ternis. Willd. Sp. pl. II. p. 390. Hab. ad Cap. b. spei in planitie montis Table. Cal. imbricatus, sanguineus. Cor. campanulatae flavicantes. Stylus longissimus nutans. L.

88. *capitata*, anth. muticis inclusis, cor. globoso-campanulata cal. lanato tecta, flor. sessilibus, fol. ternis linearibus obtusis villosis. Willd. p. 390. Wendl. Er. ic. Petiv. gaz. 5. t. 2. f. 10. Sebe mus. 1. p. 30. t. 20. f. 1. Andrews. Er. 34. c. Icon. Cal. lanugine flavescente dense obsitus.

89. *Brunsiades*, anth. muticis exsertis, cor. campanulata cal. lanato tecta, flor. umbellatis, fol. ternis linearibus obtusis pubescentibus. Willd. p. 391. Andrews Eric. ic. L. Syst. veg. p. 308. E. *capitata*. Thunb. Diss. n. 15. Pluck. mant. 69. t. 347. f. 9. optima. Cal. alba lana obtectus tegit totam cor. subtruncatam. L.

90. *carbastea*, anth. muticis exertis, cor. campanulata, cal. dense lanato 4-phyllo multo longiore, flor. sparsis, nect. sericeo. Saliab. l. c. p. 333. E. Brunsiades. Lin. mant. p. 378. Fol. praecedentis latiora et magis tomentosa. S.

91. *calyculata*, anth. muticis exertis, cor. subturbinatis brevi glabra, flor. ramulorum terminalibus umbellatis, foliis ternis acuminatis ciliatis subulatis imbricati. Wendl. de Er. fasc. 4. p. 5. c. ic. Cor. albo-ferruginea. Styl. exserius.

92. *tenuissima*, anth. aristatis inclusis, cor. minima obovata obtusa glabra, stylo incluso, flor. ramul. terminalibus umbellatis erectis et cernuis, fol. 3-4-nis linearifiliformibus glabris subimbricatis Wendl. de Er. fasc. 6. p. 9. c. ic.

93. *Passerina*, mutica, fol. ternis ovatis glabris, flor. subsolitariis, cal. tomentosis. Thunb. Diss. n. 26. Lin. suppl. 221. Petiv. Gaz. t. 3. f. 7. Cor. campanulata. Germen albo-tomentosum.

94. *tota*, mutica, fol. ternis oblongis hispidis, flor. ternis, cal. ciliatis. Thunb. Diss. n. 17. Rami hispidi. Flor. ultimis ramulis terminales, solitarii, cernui, albidi.

95. *absynthoides*, anth. muticis inclusis, cor. ovato-campanulatis viscidis, stylo exserto, stigmate peltato, fol. ternis. L. Syst. veg. 304. Thunb. prodr. suppl. Mant. 66. E. virgata. E. hispidula. Willd. suppl. 11. p. 394. ex Salisbury. 8. Thunb. Diss. n. 18. Pluck. mant. 68. t. 347. f. 14. In monte Tabulari et in dunis versus Bay falso. Frutex statura Absynthii paniculatus caule rufo. Cor. pallidae. L.

96. *ciliaris*, anth. muticis inclusis, cor. ovatis grossis, stylo exserto, fol. ternis ciliatis racemis secundis. Syst. veg. 304. Curt. bot. mag. n. 484. c. Ic. bon. Locst. it. 138. Hab. in Lusitania et in Gallia (Depart. d. Landes.) Bipedalis. Cor. magna, ore contracto.

97. *pilifera*, anth. muticis, fol. ternis glabris mucronato-piliferis, flor. terminalib. aggregatis. Thunb. prodr. suppl. p. 188.

98. *scariosa*, anth. muticis, fol. ternis linearib. glabris, flor. racemosis campanulatis, bract. remotis. Thunb. l. c.

90. *caerulea*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. ovatis, pedunc. terminalibus quaternis quinisque flore nutante multo longioribus, fol. ternis linearibus obtusis cartilagineo-denticulatis. Willd. p. 363. Andromeda coerulea. L. Sp. pl. 563. A. taxifolia. Pall. ross. 2. p. 54. t. 72. f. 2. Fl. lapp. t. 1. f. 3. Gmel. sib. 4. p. 131. t. 57. f. 2. In alpibus Norvegiae, Lapponiae, inque Sibiria.

100. *Petiverii*, anth. muticis exsertis, cor. cylindraceis, calycinis foliolis subrotundis bracteatis, flor. pedunculatis solitariis terminalib., fol. ternis squarroso-patentibus. Willd. p. 394. Lam. ill. t. 288. f. 3. Thunb. Diss. n. 21. Flor. solitarii, terminales. Cor. lutea. Similis E. Pluckenetii,

*et Cal. duplex. Cor. lutea, acute quadrifida. Fol. squarroso-imbricata. Lin.

101. *Banksii*, anth. muticis exsertis, cor. cylindrica limbo revoluto, cal. foliolis coloratis oblongis obtusis bracteatis, flor. sessilibus geminatis terminalib., fol. ternis linearibus laxis erectis. Willd. p. 395. Andrews Erica. n. 26. c. Icon. Caul. decumbens. Fol. lineari-trigona. Cor. viridi-lutea. Stigma viride. W.

102. *Sebana*, anth. muticis exsertis, cor. clavata incurvata, calycinis foliolis scariosis oblongis obtusis bracteatis, flor. ternis terminalib., fol. ternis linearib. squarroso-patentibus. Willd. Dryr. index horti cantab. 45. Icon. horti Kewens. t. 30. E. Plukenetii. Berg. cap. 91. descriptio. Seba mus. 1. p. 32. t. 21. f. 4.

103. *monadelpha*, anth. muticis exsertis, cor. cylindrico-ovata, cal. foliol. coloratis obtusis bracteatis, flor. ternis terminalib., fol. ternis linearib. obtusis adpresso-erectis. Willd. p. 396. Andrews Erica. n. 22. c. Icon. Filam. dilatata margine leviter cohaerentia. W.

104. *Plukenetii*, anth. muticis longissimis exsertis, cor. cylindricis, stylo exserto, cal. simplicibus, fol. ternis. L. Syst. veg. 325. Thunb. Diss. n. 22. Icon. horti Kewens. t. 9. optima. Chamaepithys aethiopica, fol. laete virentibus, flore oblongo phoeniceo plusquam eleganti. Pluck. mant. 45. t. 344. f. 3. Seba mus. 2. t. 25. f. 5.

*Obs.* Plures varietates vid. apud Wendl obs. bot. p. 45-46. et Willd. Sp. p. 396.

105. *versicolor*, anth. muticis subexsertis, cor. clavato-tubulosis glabris, flor. pedunculatis terminalibus, fol. ternis linearibus ciliatis. Willd. p. 397. Andrews Erica. Cor. tubus aurantiaco-sanguineus superne flavus, laciniis limbi viridibus. W.

106. *perspicua*, anth. muticis inclusis, cor. tubulosis villosis, flor. sessilibus terminalibus solitariis, fol. ternis linearibus ciliatis. Willd. p. 397. Wendl. Erica. p. 7. t. 1. Fr. Linnaei Hortulan. Cor. albido-diaphana. W.

107. *Altoni*, anth. muticis inclusis, cor. hypocrateriformi, flor. umbellatis, foliis ternis linearibus patenti-erectis. Willd. p. 398. E. Altonia. Andrews Erica. n. 21. c. Icon. Cor. figura et magnitudine Jasmini officinalis. Tubus sanguineus, viscosus. Limbus albus planus.

**** *foliis quaternis, quinis et senis, pluribusve.*

108. *cephalotes*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis, cal. pubescentibus, flor. capitato-verticillatis, fol. senis linearibus. Willd. p. 398. Thunb. Diss. n. 23. Cor. purpurea.

109. *pulchella*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-campanulatis, cal. glabris, flor. axillaribus verticillatis, fol. senis linearibus. Willd. p. 398. Thunb. Diss. n. 24. t. 4. f. 1. E. retroflexa. Wendl. de Er. fasc. p. 3. c. ic. Er. angustifolia. Salisb. l. c. p. 364.

110. *vestita*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. pubescentibus tubuloso-curvatis, flor. axillaribus verticillatis, fol. senis adpressis linearibus margine cartilagineis scabris. Willd. p. 399. Andrews Erica. Var. flor. albis et purpureis.

β. *longifolia*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. pubescentibus tubuloso-clavatis, flor. axillaribus verticillatis, fol. subdenis linearibus margine cartilagineo scabris. Willd. p. 399. Donn. ind. hort cantab. p. 42. Icon. horti Kewens. t. 4. E. pinea. Wendl. Erica p. 11. t. 3.

*Obs.* Hanc cum priore conjunxit sub nomine E. *longiflorae* cl. Salisbury.

111. *pinea*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. glabris clavato-curvatis, flor. axillaribus verticillatis, fol. senis lineari-lanceolatis. Willd. Thunb. Diss. n. 26. Cor. alba, pollicaris.

112. *Leea*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. glabris tubuloso-clavatis subtetragonis, flor. axillaribus verticillatis, fol. senis rigidis. Willd. p. 400. Andrews Erica. n. 20. c. Icon.

113. *coccinea*, anth. inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavata pubescente, cal. villosis, flor. axillaribus verticillatis, fol. senis linearibus, basi margine glandulosis, subpubescentibus. Willd. p. 400. Wendl. Er. 3. p. 9. c. Icon. Er. abietina. Lin. Sp. pl. et Hort. Cliff. p. 148. n. 9. auctoritate ipsius speciminis. Salisb. l. c. p. 364. Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 4. Cor. pubescentes. Flor. copiosi.

114. *purpurea*, anth. muticis exsertis, stylo exserto, cor. tubulosa glabra, flor. axillaribus verticillatis, fol. senis linearib. Willd. Andrews Erica. n. 4. c. Icon.

115. *concinna*, anth. muticis inclusis, cor. cylindricis basi attenuatis, flor. terminalibus umbellatis, fol. subsenis glabris. Ait. Kew. 2. p. 23. Er. abietina. Andrews Erica. n. 64. c. Icon. Cor. carnea, extus villosiuscula. Germen turbinatum concavum, margine crenulato. L.

116. *grandiflora*, anth. muticis exsertis, cor. cylindraceis subincurvis glabris, stylo elongato, flor. axillaribus pedunculatis, fol. subsenis acerosis glabris, Willd. p. 104. Icon. horti Kewens. t. 8. Curt. mag. 189. c. Icon. β. *exsurgens*. Andrews Erica. ic. Flos maximus aurantio-flavus.

117. *cylindrica*, mutica, fol. quaternis trigonis glabris, flor. terminalibus cylindricis glabris. Thunb. Diss. n. 29. Cor. alba, glabra semipollicaris.

118. *curviflora*, anth. muticis, cor. curvato-clavatis glabris, flor. solitariis terminalibus, foliis quaternis linearibus – trigonis glabris. p. 402. Wendl. 1. Er. 3. p. 7. c. Icon. Andrews Eric. n. 40. c. Icon.. Seb. mus. 2. t. 19. f. 5. Hab. ad rivulorum latera prope Drakenstein. Cor. sanguinea glabra.

119. *simpliciflora*, anth. muticis exsertis, cor. tubuloso-clavatis rectis, flor. terminalibus solitariis sessilibus, fol. quaternis linearibus-trigonis glabris. Willd. Donn. catal. hort. cantab. 45. Er. curviflora. L. Syst. veg. 305. auctoritate ipsius speciminis. Salisb. l. c.

120. *tubiflora*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. tubulosis pubescentibus, flor. terminalibus solitariis sessilibus, fol. quaternis linearibus – trigonis pubescentibus. Willd. L. Syst. veg. 305. Seb. mus. 2. t. 19. f. 5.

121. *lanata*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. tubuloso-clavatis pubescentibus, flor. terminalibus subsolitariis, fol. quaternis linearibus villosis imbricatis erectis. Willd. Wendl. obs. 45. Ej. Er. fasc. 5. p. 5. c. ic. Simillima praecedenti, cor. magis curvata, breviore.

122. *spuria*, cal. ovato cuneato, cor. 7–8–linearibus pubescente, tubo cylindrico arcuolari, limbo revoluto, pericarpio obpyramidali. Andrews Er. n. 46. ic. E. culcisteflora. Salisb. p. 357. Facie antecedentis.

123. *ignescens*, anth. muticis subexsertis, cor. cylindrica glabra, apice birta, styl. exserti, flor. racemoso-pyramidalib., fol. quaternis linearibus villosis patentibus. Wendl. de Er. fasc. 8. p. 3. c. ic. Cor. luteo-ignescens.

124. *splendens*, anth. muticis exsertis, cor. tubulosa clavata pubescente, styl. exserto, flor. terminalibus racemosis, fol. quinis pluribusve linearib. glabris obtusis. Wendl. l. c. p. 5. c. ic.

125. *procera*, anth. muticis inclusis, styl. exserto, cor. tubulosis basi ventricosis, flor. subsolitariis terminalibus, foliis quaternis lineari-trigonis pubescentib. erectis. Willd. Wendl. obs. 45.

126. *conspicua*, anth. muticis subinclusis, cor. cylindricis curvis longissimis pilosis, limbo revoluto, stylo exserto, fol. quaternis glabris. Willd. Sp. pl. II. p. 404. Ait. Kew. 2. p. 22. Icon. horti Kewens. t. 12. Andrews Eric. n. 29. c. Icon. Cor. flava longe tubulosa, incurva, pubescens.

127. *glandulosa*, mutica, fol. quaternis linearibus glanduloso-pilosis, flor. clavatis glabris, cal. hispidis. Thunb. Diss. n. 32. Cor. cylindrico-clavata, sanguinea, pollicaris.

128. *transparens*, mutica, fol. quaterni trigonis ciliatis, flor. terminali – subsolitariis. Willd. Sp. pl. II. p. 404. Filamenta in hoc calcarata. Thunb. prod. 71. E. cerinthoides.

129. *cerinthoides*, anth. muticis inclusis; stylo incluso, cor. tubuloso-clavatis piloso-viscosis, flor. verticillatis nutantibus, fol. quaternis linearibus reflexis villoso-glandulosis. Willd. Sp. pl. II. p. 405. Andrews Eric. n. 25. c. Icon. E. coris folio. Breyn. cent. 25. t. 13. Seb. mus. 2, p. 22. f. 4. et t. 34. f. 6.

130. *pectinifolia*, fol. laminis angusto ovato cuneatis, pectinatis, cal. rhombeo spathulato, cor. 5–7–lineari, intus lanata. Salisb. l. c. p. 367. E. Cerinthoides. Thunb. Diss. 53.

131. *Sparrmanni*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. tubulosis strigoso-villosis, calyce lanato, flor. sessilibus quaternis, fol. quaternis oblongis ciliatis imbricatis. Willd. p. 405. Lin. suppl. 219. Act. holm. 1778. p. 24. t. 2. Singularis capitulis florum semper divisis in flores quatuor. Th.

132. *Massoni*, anth. muticis inclusis, cor. cylindricis grossis, flor. capitatis, fol. octofariis imbricatis patescentib. Willd. II. p. 406. Icon. horti Kewens. t. 18. Curt. mag. 306. c. Icon. Thunb. Diss. n. 34. t. 3. f. 2. Andrews Erica. n. 9. c. Icon. Hab. in montib. Hottentots Holland. Flor. in capitulo terminali sessiles. Cor. cylindrica grossa.

133. *ventricosa*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. oblongo-ovatis, flor. terminalibus umbellatis, fol. quaternis linearibus ciliatis. Willd. Sp. pl. II. p. 406. Thunb. Diss. n. 36. t. 1. f. 1. Andrews Erica. n. 2. c. Icon.

134. *ampullacea*, anth. muticis inclusis,

stylo exserto, cor. striatis basi globoso-ovatis, superne cylindraceis, flor. terminalibus umbellatis, fol. quaternis linearibus ciliatis reflexis. Willd. p. 406. E. ampullaceus. Curt. mag. 303. c. Icon. Cor. pallide purpureus, lineis saturatioribus longitudinalibus, basi globoso-ovata, superne elongata cylindracea. W.

135. *fastigiata*, anth. muticis inclusis, cor. hypocrateriformibus fasciculatis, stylo incluso, fol. quaternis. Syst. veg. 305. Lin. Diss. 44. c. fig. flor. Thunb. Diss. n. 17. Limbus subtus ruber, supra albus, laciniis subcordatis.

136. *incurva*, anth. muticis exsertis, stylo exserto, cor. campanulatis, flor. terminalibus capitatis, fol. quaternis incurvis ciliatis. Willd. p. 407. Wendl. obs. 47. Accedit ad E. empetrifolium.

137. *inflexa*, anth. muticis, fol. quinis trigonis incurvis glabris, flor. racemosis ovatis, cal. viridi. E. *incurva*. Thunb. prodr. suppl. p. 188.

138. *globosa*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. campanulatis, cal. imbricatis, flor. terminalibus globoso-capitatis, fol. quaternis linearibus cartilagineo-denticulatis, apice callosis. Willd. p. 408. †

139. *comosa*, anth. muticis inclusis, cor. ovato-oblongis, stylo incluso, fol. quaternis, flor. congestis. L. Mant. 234. Thunb. Diss. n. 38. Icon. horti Kew. t. 18. Cor. ovato-cylindrica: limbo plano.

140. *denticulata*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. ovatis, cal. fol. membranaceis ciliato-dentatis, flor. terminalibus sessilibus, fol. quaternis linearibus – trigonis glabris. Willd. p. 408. L. Mant. 229. E. *dentata*. Thunb. Diss. n. 30. Caul. distort. E. vulgaris. Cor. subinfundibuliformis.

141. *Muscari*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. ovatis subtetragonis, cal. foliolis lanceolatis integerrimis, flor. terminalib. sessilib., fol. quaternis linearibus – trigonis glabris. Willd. p. 409. Andr. Er. Icon. Cor. pallide flavae, subtetragonae.

142. *viscaria*, anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. campanulatis glutinosis, cal. foliaceis ciliatis, flor. subracemosis, foliis quaternis linearibus glabris. Willd. p. 409. Icon. horti Kewens. t. 1. Thunb. Diss. n. 40. Cor. campanulata valde mucosa purpurascens.

143. *pyramidalis*, anth. muticis inclusis, stylo exserto, cor. hispidis campanulato-infundibuliformibus, flor. umbellatis, fol. quaternis linear-triquetris pubescentibus. Willd. p. 410. Ait. Kew. 3. p. 491. Curt. mag. 366. c. Icon. Cor. campanulato-infundibuliformis pilis brevissimis tecta.

144. *mediterranea*, anth. muticis exsertis, stylo exserto, cor. cyliadraceo-campanulatis, flor. axillaribus, pedunculo flore breviorib., fol. quaternis linearibus glabris. Willd. Curt. bot. mag. n. 471. c. Icon. Thunb. Diss. n. 41. Bauh. hist. 1. p. 356. Hab. in Eur. australi. Caul. ramis albicantibus angulatis.

145. *multiflora*, anth. muticis exsertis, stylo exserto, cor. campanulatis, flor. axillaribus, pedunc. longitudine floris, fol. quinis linearibus glabris. Willd. p. 411. Thunb. Diss. n. 42. E. juniperifolia. Gerid. six. 160. t. 32. Hab. in Anglia, G. Narbonensi, Oriente et Redemont. Caul. 2-3-pedal. Cor. potius ovata. Balbis.

146. *herbacea*, anth. muticis exsertis, cor. oblongis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. secundis. L. Syst. veg. 306. β. carnea. L. Jacq. austr. t. 32. Habit. in Europa australiori.

*Obs.* Flores autumno col. herbacei, oblongi sunt, vere amoene rubri: anth. fuscis prominulis.

147. *purpurascens*; anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. sparsis. L. Syst. veg. p. 306. E. procumbens dilute purpurea. Bauh. pin. 486. Hab. in Europa australi.

*Obs.* Haec cum praecedente a Saliskbury. l. c. conjuncta est sub nomine E. *sexatilis*.

25. *tinctorum*, flor. hexandris trigynis, spic. virgatis, stipul. glabris truncatis ciliatis, fol. ovatis acutiusculis glabris. Ait. 2. p. 51. Willd. p. 445. Hab. in China. Flos ruberrimus. Spic. longae, ramosae.

26. *virginianum*, fol. ovalibus, spic. longissimis, flor. remotis inaequalibus 5-andris digynis. Michaux. Flor. 1. p. 258. Willd. Sp. II. p. 442. Hab. in Amer. bor. sylv. umbrosis. Flor. pallidi. Styl. prolongatus, recurvus, persistens. ♃

27. *australe*, fol. lanceolato-linearib., stipulis longo-barbatis, spica filiformi, flor. approximatis. Hab. in N. Hollandia. Née. (Ex herb. Thiebaud.) Bract. deltoideae, ciliato-aculeatae.

28. *tomentosum*, flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, ochreis truncatis hispidis setaceo-ciliatis, fol. ovatis acuminatis utrinque incano-tomentosis. W. Houttuyn Syst. t. 49. f. 1. Pluck. alm. 288. t. 210. f. 7. Hab. in Zeylona. Var. β. Fol. inferiora utrinque scabra, nec albicantia tomentosa.

29. *orientale*, flor. heptandris digynis, fol. ovatis, caule erecto, stipulis hirtis hypocrateriformibus. L. Curt. mag. t. 213. Hab. sponte in Oriente et India. In hortis ornamenti causa colitur. Omnium speciorum facile altissimum, flor. rubris, passim albis, pulchris distinctum.

30. *pensylvanicum*, flor. octandris digynis, pedunc. hispidis, fol. lanceolatis, stipulis muticis. L. Sp. pl. p. 519. Pedunc. scabri, setis rigidiusculis apice glutenscarentibus. Spicae subracemosae floccalis pedicellatis. L.

*** *Flor. paniculato-racemosis, fol. linearibus aut ovatis nec basi excisis.*

31. *articulatum*, fol. octandris trigynis, spic. articulatis paniculatis, stipul. vaginalibus truncatis integris, fol. lineatibus. L. Willd. p. 450. Hab. in Canada. Spicae filiformes, imbricatae bract. turbinatis, paniculi terminant. L.

32. *divaricatum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis, fol. lanceolatis laevibus, caule divaricato patulo glabro. Willd. p. 451. Buxb. cent. 2. p. 31. t. 32. Hab. in Sibiria.

33. *alpinum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis, fol. ovato-lanceolatis glabris margine ciliatis, caule ramoso, geniculis barbatis. Willd. p. 451. Allion. pedem. t. 68. f. 1. Boc. mus. 2. t. 27. Hab. in alpibus, et in insula Corsica. ♄

34. *undulatum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis, fol. lanceolatis undulatis superne scabris, subtus pubescentibus, caule ramoso inferne pubescente, geniculis ciliatis. Willd. Murr. in Comm. goett. 1774. p. 34. t. 5. P. sibiricum. Lin. suppl. p. 228. Gmel. sib. 3. p. 56. t. 10. Hab. saxosis humidiusculis in Sibiria. ♄

35. *sericeum*, flor. octandris trigynis racemosis, fol. ovatis incano-pubescentibus, caule decumbente. Willd. Pall. it. ed. min. 3. p. 233. P. flor. pedunculatis in spicis laxiusimis. Gmel. sib. 3. p. 58. t. 9. f. 2. Hab. in Sibiria ad lacum Baical. ♄

36. *serratum*, fol. crenatis. L. Hab. in Mauritania. †

**** *Helxine fol. subcordatis, s. basi excisis.*

37. *corymbosum*, flor. octandris trigynis, pedunc. glanduloso-pilosis, fol. oblongo-lanceolatis subsessilibus, bracteis membranaceis ciliatis. Willd. p. 452. Hab. in Java. Sequenti affine.

38. *chinense*, flor. octandris trigynis, pedunc. scabris, foliis petiolatis ovatis, bracteis s. fol. summis cordatis. L. Burm. ind. 90. t. 30. f. 3. Hab. in Indis, China. Fol. ovato-cordata.

30. *sagittatum*, fol. sagittatis, caule aculeato. Gmel. sib. 3. p. 65. t. 13. f. 2. Flor. capitatis 8-andris. Michaux. 1. p. 241. Hort. cliff. 151. t. 12. Hab. in Virginiae, Marilandiae et Carol. madidis.

40. *arifolium*, fol. hastatis, caule retrorsum aculeato. L. Pluck. amalth. 67. t. 398. f. 3. Hab. in Virginiae, Floridae et Carolinae montib. Flor. 6-andri, semidigyni.

41. *acetosaefolium*, flor. 8-andris trigynis, fol. hastato-lanceolatis crassiusculis, caul. laevi volubili, fructu subbaccato. Vent. Hort. cels. p. 88. t. 88. Coccoloba sagittifolia. Ortega Dec. p. 60. Hab. in Brasilia. ♄

42. *crassifolium*, fol. hastatis, inferioribus ovatis, reliquis lineari-lanceolatis, caule decumbente glabro. Willd. Murr. Comment. goett. 1774. p. 37. t. 6. Hab. in Sibiria locis apricis.

43. *perfoliatum*, fol. triangularibus, caule retrorsum aculeato, stipulis perfoliato-foliosis patentibus subrotundis. Burm. ind. 90. t. 31. f. 2. Lam. ill. t. 314. f. 3. Hab. in India. Pedunc. pauciflori, aculeati.

44. *tataricum*, fol. cordato-sagittatis, caule inermi erecto, seminib. subdentatis. L. Gmel. sib. 3. p. 64. t. 13. f. 1. Hab. in Tataria. ☉

45. *emarginatum*, fol. cordato-sagittatis, caule erecto inermi, seminibus apice truncatis emarginatis, alis cartilagineis Roth. Catal. bot. 2. p. 48. Hab. in China. ☉

46. *Fagopyrum*, fol. cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus. L. Mart. Flor. rust. t. 46. Hab. in Asia, nunc ut frumentum quibusdam in arenosis regionibus colitur. ☉

47. *Convolvulus*, fol. cordato-hastatis, caule volubili angulato, flor. obtusis is. L. Flor. dan. t. 744. Curt. Lond. ic. Hab. in Europae et Amer. agris. Anth. violaceae.

48. *ciliinode*, subpubescens, caul. angulato debili, stipulis subacutis basi ciliatis, fol. cordatis, fructub. apteris. Mich. Flor. 1. p. 241. Hab. in Canada. Priori affine.

49. *dumetorum*, fol. cordatis, caule volubili laevi, flor. carinato-alatis. L. Flor. dan. t. 759. Hab. in Europae sylvis, frutices scandens. Anth. albae.

50. *scandens*, fol. cordatis, caule volubili, flor. carinatis. L. Pluck. alm. 143. t. 177. f. 7. Sloan. jam. 46. hist. 1. p. 138. t. 90. f. 1. Hab. in Americae sylvis. Flor. 8-andri, trigyni, cal. fruct. majusculi, tripteri. Mich. ♄

51. *multiflorum*, fol. cordatis, caule volubili, angulato, florum panicula ramosa, Thunb. jap. 169. P. chinense. Houttuyn. Syst. 6. t. 49. f. 3. Hab. in Japonia. ♄

978. BRUNICHIA. *Cal.* 1-phyllus, demum coriaceus, angulatus, 5-fidus: lacin. revoluta. *Cor.* o. *Caps.* supera, 1-locularis, 1-sperma. *Sem.* inversum lobatum. (Stam. 8-10.)

1. *cirrhosa*, caul. scandente, fol. cordato-sagittatis. Gaertn. de fr. et sem. 1. p. 214. t. 45. f. 2. Hab. in Bahama. Col. in H. P. Cal. inferne ventricosus et elongatus in pedunc. planum, arcuatum, basi attenuatum. G.

979. COCCOLOBA. *Cal.* 5-partitus, coloratus, demum baccatus. *Cor.* o. *Bacca* calycina, monosperma.

1. *uvifera*, foliis cordato-subrotundis nitidis. L. Willd. Sp. pl. p. 457. Jacq. amer. 112. t. 73. Lam. ill. t. 316. f. 2. Catesb. car. 2. p. 96. t. 96.

β. *leoganensis*, fol. subrotundis integerrimis nitidis planis, racemis fructuum erectis. Jacq. amer. 113. t. 178. f. 33. Hab. in America. Arb. magna, pulchra.

2. *latifolia*, fol. integris latissimis basi cosectatis. Enc. bot. 6. p. 61. Lam. ill. t. 316. f. 4. Ex Amer. meridion. Priori affinis. Fol. tenuiora, membranacea fere, cordato-orbiculata.

3. *australis*, fol. cordato-ovatis acutis, flor. polygamis. Forst. prod. n°. 176. Hab. in N. Zeelandia. ♄

4. *pubescens*, fol. orbiculatis pubescentibus. L. Sp. pl. 523. Mill. dict. n°. 2. *C. grandifolia*, fol. subrotundis integerrimis rugosis. Jacq. amer. 113. Pluck. phyt. 222. f. 8. Hab. in America. Arbor praealta, a 60-80 ped. Lignum durissimum. Fol. maxima, rugosa, subtus pubescentia.

5. *diversifolia*, fol. ramusculorum ovatis, ramorum ovato-cordatis. Jacq. amer. 114. t. 76. Hab. in Domingo. Arbusc. 10-12-pedalis.

6. *flavescens*, fol. ellipticis obtusis mucronatis, basi cosdatis. Willd. p. 458. Jacq. amer. 114. t. 75. Hab. in Domingo. Magnitudine prioris.

7. *excoriata*, fol. oblongo-ovatis acutiusculis basi cordatis, racemis pendulis. Plum. ic. 146. f. 1. Hab. in America. ♄

β. fol. breviorib. ovato-subacutis, racemis praelongis pendulis. Poir. enc. 6. p. 62. Hab. in Porto-Ricco. Ledru.

8. *nivea*, fol. oblongis acuminatis venosis, supra nitidis, racemis erectiusculis. Swartz. Flor. ind. occid. 2. p. 693. Hab. in montosis aridis Jamaicae. Arb. 20-pedalis.

9. *punctata*, fol. lanceolato-ovatis. L. Jacq. Am. Ed. pict. t. 114. Hab. in Amer. Racem. breves, recti.

10. *obtusifolia*, fol. oblongis obtusissimis. Jacq. amer. 117. t. 74. Hab. in Carthagena. ♄

11. *microstachya*, fol. ovatis obtusis glaberrimis, racemis nutantibus. Hab. in India occidentali. Rami cinerei. Fol. petiolata, fere sesquiuncialia. Racemi brevissimi. W. ♄

12. *emarginata*, fol. coriaceis subrotundis exciso-emarginatis. L. Jacq. obs. 1. p. 181 t. 8. Hab. in America calidiore. Fructificatio? ♄

13. *barbadensis*, fol. cordato-ovatis undulatis. L. Jacq. obs. 1. t. 8. Hab. in Barbados. ♄

14. *tenuifolia*, fol. ovatis membranaceis. Lam. ill. t. 14. f. 3. Brown. jam. 210. f. 3. In Jamaica. ♄

980. PAULLINIA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 4-phyllum, inaequale. *Caps.* turbinata, trigona, 3-locularis: loculis monospermis. *Receptac.* centrale. *Sem.* ad dimium arillata. (Fol. ternata aut pinnata.)

* *Capr. pyriformibus: valv. medis aut carinato-alatis.*

1. *Cururu*, capsulis pyriformib. obtusis, foliis ternatis, foliolis oblongis dentato-serratis subacuminatis, petiolis alatis. Schumacher in Act. Hist. Nat. Haf. 3. p. 2. t. 121. Willd. p. 460. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 61. f. 4. Cururu. Plum. gen. 34. ic. 111. f. 2. Hab. in America calidiore. Caul. glaber subangulatus. ♄

2. *pinnata*, caps. pyriformibus tricornibus, fol. pinnatis, foliolis oblongis obtuse serratis acuminatis, petiolis marginatis. Schumacher. l. c. p. 121. Lam. ill. t. 318. f. 2. Jacq. l. c. t. 62. f. 12. Hab. in Brasilia, in Antillis.

** *Capsulis ovatis.*

3. *Meliaefolia*, fol. pinnatis: foliol. trijugis subsessilibus lanceolatis remote

dentatis, subtus pubescentib., fruct. alis apice prominulis. Juss. in Annal. d. Museum. Cah. 23. p. 357. t. 66. f. 2. Hab. in Brasilia. Caul. scandens. ♄

4. *Thalictrifolia*, fol. subtripinnatis summis simplicibus, foliol. ovatis parvis integris aut subdentatis, caps. trilata. Juss. l. c. t. 66. f. 1. Cum priore. Petiol. communis et caul. subtomentosus. Pedunc. spiralis. ♄

5. *acutangula*, fol. pinnato quinatis: foliol. oblongo-ovatis acuminatis dentato-serratis, caps. obovatis triangulo-alatis. Ruiz et Pavon. l. c. p. 93. Sub *Semervillaria* uti sequens, cum qua iisdem in locis crescit.

6. *obovata*, fol. pinnato-quinatis, foliolis lanceolatis serratis, caps. obovatis. Ruiz et Pavon syst. Pl. Flor. Peruv. et Chil. p. 93. Hab. in Peruv. nemoribus. Scandens. ♄

7. *tetragona*, caps. tricarinatis tricornibus, fol. pinnatis, foliolis ovatis subserratis acutis glabris, petiolis nudis. Schumacher. Act. Hist. Nat. Hafn. 3. p. 2. t. 122. Aubl. guj. t. p. 355. Hab. in Cajenne. Caul. 4-gonus. Antecedenti affinis.

8. *Vespertilio*, caps. alatis, alis horizontalibus, fol. pinnatis, foliolis ovatis apice inciso-serratis, petiolis nudis. Schumacher. Act. Hist. Nat. Hafn. 3. p. 122. t. 11. f. 1. Hab. in insula St. Cristophori Americes. Caul. vix angulosus, laevis.

9. *curassavica*, caps. valvulis semiobcordatis, fol. biternatis, foliolis crenatis ovalibus imparibus ovato-cuneatis, petiolo intermedio marginato. l. c. p. 123. t. 11. f. 2. Jacq. t. 61. f. 8. Plum. gen. 34. ic. 111. f. 1. Hab. in Curassao. Caulis suicatus, angulis villosis ferrugineis. Sch. ♄

10. *barbadensis*, caps. valvulis semiovatis villosiusculis, fol. biternatis, foliolis ovalibus integerrimis serratisque coriaceis, petiolis submarginatis. Schum. p. 123. Jacq. t. 62. f. 9. Hab. in Barbados. ♄

11. *polyphylla*, caps. valvulis capsularum semiobovatis, fol. supradecompositis, foliolis ovato-cuneatis, apice crenatis supra glabris subtus petiolisque villosis. Schum. l. c. p. 124. Willd. p. 461. Jacq. l. c. t. 61. f. 10. Hab. in Amer. australiore. Cirrh. axillaris. ♄

12. *tomentosa*, fol. pinnatis: foliolis ovato-rhombeis repandis obtusis capsulisque tomentosis, petiol. marginatis. Schum. l. c. p. 121. Jacq. obs. t. 61. f. 13. Hab. in Amer. Fol. ovato-oblonga, remote-crenata.

13. *senegalensis*, caps. ovatis, fol. pinnatis: foliol. sessilibus ovatis remote crenatis, impari majore: petiol. marginatis, caul. angulato subtomentoso. Juss.

14. *sphaerocarpa*, fol. pinnatis: foliol. subsessilibus ovatis glabris remote crenatis acumine obtuso, petiolo nudo, caul. teretis. Juss. l. c. Hab. in Guinea. Rich.

15. *subrotunda*, fol. pinnato-quinatis: foliol. oblongis superne serratis, caps. subrotundis. Ruiz et Pavon syst. l. c. p. 92. (Semerillaria.) Hab. in Peruv. nemoribus. Frut. scandens. Arillus edulis.

*** *Fructibus ignotis.* †

16. *nodosa*, fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. medio obovato. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 62. f. 3. Willd. p. 460. Hab. in America.

17. *carthagenensis*, foliis biternatis, petiol. omnibus marginatis, caul. inermi. Jacq. l. c. t. 62. f. 6. Hab. Carthagenae in Amer. ♄

18. *caribaea*, fol. biternatis, petiol. omnibus marginatis, ramis aculeatis. Jacq. l. c. t. 62. f. 7. Hab. in Caribaeis.

*Obs.* Ob ramos aculeatos et petiolos secundum ill. Jussieu *Sapindis* minus affinis species est, sed uti et sequens alia ad genera forte amadanda.

19. *cauliflora*, fol. pinnatis, pinnula infima ternata, petiolo ad apicem marginato, basi nudo, flos. corymboso-capitatis axillaribus et terminalibus. Willd. p. 463. Jacq. ic. rar. 3. t. 450. Collect. 4. p. 176. Hab. in America ad Caracas.

20. *japonica*, foliis quinato-pinnatis petiolulatis marginatis, caule herbaceo inermi. Thunb. jap. 170. Hab. in Japonis. Foliola infima ovata subsessilia inciso-bifida vel trifida, pollicaria. Th. ♄

21. *diversifolia*, fol. supradecompositis, petiolis marginatis: infimis pinnatis reliquis ternatis. Jacq. l. c. t. 62. f. 14. Hab. in America. ♄

22. *Cupanaefolia*, fol. pinnatis: foliol. bijugis sessilibus ovato-oblongis remote crenatis glaberrimis, pedunc. cirrhosis. Juss. l. c. Hab. in sylv. Gujanae. Rich.

23. *connarifolia*, fol. pinnatis: foliol. bijugis sessilibus coriaceis ramisque ferrugineis, petiol. nudis, pedunc. acirrhosis. Juss. Cum priore.

24. *fibulata*, fol. pinnatis: foliol. breve petiolatis ovatis subcoriaceis subtenticulatis ferrugineis inferne subtomentosis, pedunc. cirris incrassatis fibuliformibus floriferis. Juss. Hab. in sylvat. ad ripas in Guiana. Rami ferruginei.

25. *rufescens*, foliol. bijugis subpetiolatis ovato-lanceolatis remote crenatis subtus tomentoso-ferrugineis, supra nigro-virentibus, petiol. nudis, ramis subangulatis ferrugineis. Juss. l. c. Cresc. ubi antecedens. Pedunc. cirrhosi aut cirrhosi. J.

26. *Ingaefolia*, fol. magnis pinnato-3-jugis: foliolis aure-virentibus obtuse acuminatis, petiol. basi nudo, ultra medium marginatis, ram. striatis punctato-scabris. Juss. l. c. p. 350. Hab. in Guianae sylvis, flumin. Amazonico conterminis. Pedunc. nunc ramoso-paniculati, nunc simplices ultra medium cirrhosi et floriferi. J.

981. SERIANA. *Cal.* 5-phyllus. *Petala* 4. Nectar. 4-phyllum. *Samarae* 3, longitudinaliter connatae, globosae, inferne in alam membranaceam dilatatae.

1. *sinuata*, alis capsular. postice dilatatis, fol. ternatis, foliolis ovato-lanceolatis dentato-sinuatis. Schum. in Act. Hafn. 3. p. 2. p. 126. t. 12. f. 1. Willd. p. 467. Paullinia Seriana. L. Jacq. obs. 3. p. 17. t. 62. f. 2. Lam. ill. t. 318. f. 1. Hab. in America calidiore. ♄

2. *divaricata*, fol. biternatis, foliolis ovatis integerrimis subacutis lucidis petiolatis, petiolis nudis. Schum. l. c. t. 11. f. 2. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 636. sub Paullinia. Hab. in sylvis Jamaicae. ♄

3. *caracasana*, alis caps. postice rotundatis, foliis biternatis, foliolis oblongis utrinque acutis remotiserre dentatis, petiolis nudis. Willd. p. 468. Jacq. hort. Schoenb. 1. p. 52. t. 99. sub Paullinia. Hab. ad Caracas. ♄

4. *racemosa*, alis caps. postice dilatatis antice subsinuatis, fol. biternatis, foliolis ovatis profunde serratis. Schum. p. 127. t. 12. l. 3. Hab. in Vera Cruce. ♄

5. *spectabilis*, alis caps. postice dilatatis, fol. biternatis, foliol. obovatis terminalibus retusis, petiolis alatis. Schum. t. 12. f. 4. Hab. in America. Foliola integerrima; terminale emarginatum. W.

6. *mexicana*, foliis biternatis, foliolis obovatis integerrimis omnibus emarginatis, petiolis alatis, racemis compositis. Willd. Schum. t. 11. f. 3. Paullinia fol. ternato-decompositis, caule aculeato. L. Hort. cliff. 152. Hab. in Mexico. Fruct. ignotus. †

7. *augustifolia*, fol. biternatis, foliol. lineari-lanceolatis integerrimis acutis, petiolis alatis. Willd. Paull. mexicana. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 61. f. 5. Plum. gen. 34. ic. 113. f. 1. Hab. in Amer. calidiore. ♄

8. *lupulina*, alis caps. semiovalibus, fol. biternatis crenatis subtus ferrugineis, foliol. terminalibus subrhombeis lateralibus ovatis, petiolis subulatis. Schum. p. 127. t. 12. f. 5. Hab. in America. ♄

9. *lucida*, alis caps. semiovalibus, fol. biternatis, foliol. ovatis acutis serratis petiolis subnudis. Schum. l. c. p. 2. t. 128. Hab. in insula St. Crucis. Fol. apice lucida.

10. *triternata*, fol. triternatis, foliol. ovatis obtusis repandis, petiolis alatis, racemis paniculatis. Willd. p. 466. Paull. L. Mant. 236. Jacq. obs. 3. p. 11. t. 62. f. 11? Plum. gen. 34. ic. 112. Hab. in Amer. in ins. St. Dominica, ubi ab incolis demominatur. Liane à *persil*. Ad pisces, eos venenando, capiendos adhibetur.

982. CARDIOSPERMUM. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Nectar.* 4-phyllum, inaequale. *Caps.* 3, connatae, inflatae.

1. *Halicacabum*, caule, petiolis, foliisque inciso-dentatis glabris. Willd. Sp. Pl. p. 984. Lam. ill. t. 317. Rumph. 6. t. 24. f. 2. Hab. in Indiis. ☉

2. *hirsutum*, caule petiolisque hirsutis, foliolis dentatis glabris. Willd. Habit. in Guinea. Caul. quadripedalis et ultra scandens. Fol. simpliciter et grosse dentata. W. Simile priori, sed triplo majus. W.

3. *Corindum*, fol. subtus tomentosis. Lam. C. villosum, fol. incisis obtusis, petiolis brevibus. Mill. dict. n°. 3. Hab. in Brasilia. ☉

7. *grandiflorum*, foliis pubescentibus, capsulis acuminatis maximis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 698. Hab. in fruticetis sepibusque Jamaicae. ♄

983. SAPINDUS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* carnosae, connatae, ventricosae.

1. *Saponaria*, inermis, fol. pinnatis,

foliolis ovato-lanceolatis, rachi alata. Ait. Kew. 2. p. 35. Willd. p. 468. Comm. hort. 1. p. 183. t. 94. Hab. in America juxta littora in Georgia. Michaux. Fruct. glabosi, terebinthinacei. M.

2. *longifolius*, fol. pinnatis, foliolis lanceolatis glabris, unico terminali, rachi simplici. Vahl. symb. 3. p. 53. Hab. in India orientali? ♄

3. *spinosus*, fol. abrupte pinnatis, caule spinosissimo. L. Brown. jam. 207. t. 20 f. 2. Hab. in Jamaica. ♄

4. *laurifolius*, fol. pinnatis, foliolis ovato-oblongis attenuatis glabris, rachi simplici, petiolis margine tomentosis. Vahl. symb. 3. p. 54. Rheed. 4. t. 19. Hab. in Malabaria. ♄

5. *emarginatus*, fol. pinnatis, foliolis oblongis emarginatis subtus villosis, rachi simplici, petiolis margine tomentosis. Vahl. l. c. Hab. in India orientali. ♄

6. *rubiginosus*, fol. pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis acutis subtus villosis, rachi simplici, petiolis glabris. Willd. p. 469. Roxb. corom. 1. p. 44. t. 62. Hab. in montosis circassiensib. Arb. utilis.

7. *tetraphyllus*, fol. pinnatis, foliolis lanceolato-oblongis glabris, rachi simplici, racemis subsimplicibus, petalis glabris. Vahl. l. c. Hab. in India orientali. ♄

8. *rigidus*, fol. pinnatis, foliol. ovato-oblongis, rachi simplici, cor. fructibusque glabris. Vahl. l. c. Gaertn. de sem. 1. p. 341. t. 70. f. 3. Pluck. alm. 255. t. 217. f. 7. Hab. in America. Racemus supradecompositus pedalis. V. ♄

9. *arborescens*, fol. pinnatis, foliolis ovatis acuminatis glabris, panicula axillari simplici. Willd. Aubl. guj. 1. p. 359. t. 139. Hab. in sylvis Gujanae. ♄ †

10. *frutescens*, foliis pinnatis, foliolis alternis lanceolatis acuminatis glabris, panicula axillari simplici. Willd. Aubl. p. 355. t. 138. Hab. in sylvis Gujanae. ♄ †

984. PONAEA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* triloculares, trialata: loculis monospermis.

1. *saponarioides*. Willd. Sp. II p. 470. Toulicia gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 359. t. 140. Lam. ill. t. 317. In sylvis Gujanae. Fol. abrupte pinnata. ♄

985. CORNIDIA. *Cal.* obtuse trigonus, integerrimus, semisuperus, germine accretus. *Cor.* 4-petala. *Styli* divergentes. *Caps.* 3-corniculata, 3-locularis, 3-valvis. *Semina* numerosa.

1. *umbellata*. Ruiz et Pav. syst. veg. Fl. Per. p. 91. Arb. excelsa, fol. oblongis. Cresc. in Perur. memoribus.

## TETRAGYNIA.

986. PORLIERA. *Cal.* 4-phyllus, æqualis. *Petala* obovata, conniventia. *Squamae* nectariferae s. *Stamina* æqualia, dorso nectarii inserta. *Drupae* 4, connatae. (Guajaco affine genus.)

1. *hygrometra*, fol. abrupte pinnatis: foliol. linearibus. Ruiz et Pavon. Flor. Per. et Chil. prodr. p. 55. t. 9. et syst. vegetab. p. 94. Hab. in Perur. ruderalis et apricis. Lignum sudorificum et antirheumaticum. Fol. hygrometrio inserviunt.

987. FRANCOA. *Cal.* 4-partitus, persistens. *Cor.* 4-petala. *Stylus* o. *Stigm.* plana. *Caps.* 4, basi connatae, carinatae. *Semina* numerosa, suturis carinarum affixa.

1. *appendiculata*, acantis, fol. cordatis ovatis obtuse angulatis, petal. foliol. appendiculatis. Cav. ic. 6. p. 77. t. 568. Hab. in ins. San Carlos, etc. Flor. racemosi.

*Obs.* Auctor putat, quod *Staupanke* amplissimo sonchi folio. Feuil. Peruv. 2. p. 44. t. 31. alteram hujus generis efficit speciem, qualis planta vero a cl. Willd. *Sp. pl.* II. p. 487. ad *Panke* Molinae relata est. Panke *tinctoria*. Mol. et Willd. secundum Flor. Peruv. 1. p. 29. *Guanerae* species est.

988. GALVESIA. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* sessilia. *Stam.* 4, alternantia breviora. *Corpus* glandulosum sub germine. *Drupae* 4.

1. *punctata*, fol. lanceolatis oblongisque serratis punctato-pellucidis. Ruiz et Pavon syst. veg. l. c. p. 97. Hab. in R. Chilensis nemorib., et stagnatis, etc. Fol. fragrantis, aromatica.

989. CALANCHOE. *Cal.* 4-phyllus.

*Cor.* hypocrateriformis, 4-fida: lacin. acutis, tubo ventricoso, *Squamæ nectarif.* 4 ad basin germinum lineares. *Capsulæ* 4, superæ, 1-loculares, polyspermæ. (Plantæ succulentæ. Fol. plus minusve incisa. Flor. flavi.)

1. *lanceolata*, foliis lanceolatis apice serratis, panic. villosa. Cotyledon lanceolatum. Vahl. symb. 2. p. 51. Hab. in Arabia.

2. *laciniata*, fol. laciniato-pinnatifidis: summis integris. Decand. Pl. grass. ic. Cotyledon laciniata. Lin. Rumph. 5. t. 95. Hab. in ins. Java, Bourbon et Moluccis.

3. *aegyptiaca*, fol. spathulato-subrotundis concavis. Pl. grass. ic. Cotyl. nudicaulis. L. syst. veg. 14. p. 351. Willd. Sp. pl. II. p. 859. Pluckn. Alm. t. 208. f. 3. (male.) Hab. in Aegypto in monte Melhan. Forsk. Flor. aurantii.

* *spathulata*, fol. spathulato-subrotundis crenatis planiusculis. Plant. grass. ic. Cotyl. hybrida. H. Par. Hab. in China? Affinis valde antecedenti.

4. *Verea*, fol. ovatis repando-crenatis, flor. corymboso-paniculatis. Verea crenata. Andrew. i. 21. Verea. Willd. Sp. II. p. 471. Cotyledon crenatum Vent. Malm. t. 49. Hab. in Sierra Leone. Subfruticosa. Cor. flava: ore aurantiaco.

5. *pinnata*, fol. quinato-pinnatis, foliol. obovatis crenatis: crenis filamento-barbatis, flor. longis pendulis. Lam. enc. 2. p. 141. Hab. in ins. Francisc. 3-4-pedalis. Panic. ramosa. Flor. penduli. Fol. crenarum fila radiculas referunt. Lam.

β. *floripendula*, fol. subconcavis crenis nudis. Lam. l. c. Crassuvia floripendia. Commers. Lam. l. c.

6? *alternans*, fol. orbiculato-spathulatis integerrimis. Vahl. symb. 2. p. 51. sub Cotyledon. Hab. in Arabia.

*Obs.* Nomen *Kalanchoë* jam prius ab Adansonio (Fam. d. Pl. 2. p. 248.) his plantis, erat impositum. Cotylendoni generi, quidem affines, sed praeter stam. numerum etiam cor. forma ab eo discrepant.

990. PARIS. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4, angustiora. *Antherae* filam. medio adnexæ. *Bacca* 4-locularis.

1. *quadrifolia*, fol. quaternis. L. Flor. dan. t. 139. Herba Paris. Matth. Hab. in nemoribus. Var. fol. 3-5.

991. ADOXA. *Cal.* 2-3-fidus, inferus. *Cor.* 4-5. 5-fida, supera. *Bacca* 1-locularis, 4-s. 5-sperma, calyce coalita. (Flor. laterales 9-10-andri.)

1. *Moschatellina*. L. Engl. bot. t. 758. Curt. Lond. ic. Lam. ill. t. 320. Hab. in nemoribus. Vere. Flor. virescentes, odorati.

992. ELATINE. *Cal.* 4-phyllus. *Petala* 4. *Caps.* 4-locularis, 4-valvis, depressa, polysperma: dissepimenta suturis opposita.

1. *Hydropiper*, fol. oppositis, flor. alternis, Hoffm. germ. p. 186. Schuhr Handb. t. 109. Vaill. paris. 5. t. 2. f. 2.

β. *triandra*, fol. floribusque oppositis, Hoffm. l. c. Schuhr t. 109. Vaill. l. c. Hab. in inundatis. ⊙

2. *Alsinastrum*, foliis verticillatis. L. Lam. ill. t. 320. f. 1. Hab. in fossis. Facie fere Hippuridis. Fol. emersa quaterna, ovata.

993. HALORAGIS. *Cal.* 4-phyllus, supernus. *Petala* 4, caduca. *Drupa* sicca. *Nux* 4-locularis.

1. *Cercodia*, fol. serratis, florib. verticillatis. Ait. Kew. 2. p. 37. Willd. Sp. II. p. 473. H. *Vetragonia*. L'Herit. stirp. nov. 1. p. 82. H. *alata*, fructu quadrilato. Jacq. ic. rar. 1. t. 69. Cercodia erecta. Murray in Comm. goett. 1780. p. 3. t. 1. Lam. enc. 1. p. 682. Ej. ill. gen. t. 310. Tetragonia ivaefolia. Lin. suppl. 257. Fol. ovato-lanceolata, venosa. Pedunc. scabri, demum reflectuntur infra folia.

2. *prostrata*, fol. integerrimis, flor. solitariis axillaribus. H. fructib. globosis Forst. prod. n°. 779. L'Herit. stirp. nov. 1. p. 82. Hab. in Botanices insula et in N. Caledonia. Facie Ammanniae. Rami glabri.

## MONOGYNIA.

Baïs octandra. Richardia scabra. Vaccinia nonnulla. Andromeda octandra, ericoides lycopodioides. Elaeocarpus serratus. Diospyri quaedam. Rivina octandra. Jussieuae plures species. Rutae flor. laterales. Fagara octandra, Elaphrium. Rhizophora Mangle. L. Ammannia sanguinolenta, octandra. Melastomae plures species. Trichilia pallida. Portulaca quadrifida, meridiana. Zygophyllum Morgsaus. Cleome juncea. Capparis ferruginea. Monotropa Hypopithys (quoad flor. laterales). Caesariae nonnullae species. Petiveria alliacea. Limonia monophylla. Aesculus Pavia. Quivisia ovata, heterophylla. Samidae quaedam.

## DIGYNIA.

Ulmus effusa. Chrysoplenia (flor. lateral.) Polygon. pensylvanicum.

## TRIGYNIA.

Hortensia speciosa.

## TETRAGYNIA.

Myriophyllum verticillatum. Forskoleae secundum Murray, Willdenow.

## PENTAGYNIA.

Sedum pusillum, pulchellum, ternatum. Michaux.

## OCTOGYNIA.

Phytolacca octandra.

# CLASSIS IX.

# ENNEANDRIA.

## MONOGYNIA.

99½. LAURUS. *Cal.* 4-6-partitus. *Nectar.* glandulis 3, bisetis, germen cingentibus. *Filam.* interiora quorum 3-alterna sterilia glandulifera. *Drupa* 1-sperma. (Stam. 3, 5, 6, 7, 8 et 14. Flor. passim dioici.)

1. *Cinnamomum*, fol. suboppositis trinerviis ovato-oblongis, nervis versus apicem evanescentibus, panic. terminali. Lam. enc. 3. p. 441. Willd. Sp. Pl. p. 477. Blackw. t. 354. Burm. zeyl. 62. t. 27. Hab. in Zeylona et in America. Dioica. Arb. 18–24-pedalis.

2. *Cassia*, fol. triplinerviis lanceolatis. L. panic. laxis sublateralibus. Lam. l. c. p. 444. Ej. ill. t. 321. f. 2. Burm. zeyl. 63. t. 28. Blackw. t. 319. Carus. Rheed. 1. t. 57. Hab. in Malabaria, Sumatra, Java. ♄

β. *Culilban*, fol. triplinerviis suboppositis. Lin. Rumph. 2. t. 74. Lam. l. c.

3. *Malabratum*, fol. suboppositis praelongis utrinque acutis triplinerviis transverse venosis. Lam. p. 445. Katon-Karua. Rheed. 5. t. 53. Malabatrum. Lobel. ic. 308. Hab. in montosis Malabariae. Prima specie altior, cui affinis. Flor. paniculati, termin.

4. *Camphora*, foliis sub-triplinerviis lanceolato-ovatis, panic. latentibus. Lam. p. 446. Jacq. Coll. 4. p. 221. t. 3. f. 2. Blackw. t. 347. Hab. in Japonia. ♄

5. *montana*, fol. triplinerviis ovato-acuminatis perennantibus, flor. racemoso-paniculatis. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 700. Hab. in altis montibus Jamaicae australis. Habitu L. Camphorae simillima. S. ♄

6. *Chloroxylon*, foliis trinerviis ovatis coriaceis 1-nervis apicem attingentibus. L. Brown. jam. 187. t. 7. f. 1. Hab. in Jamaica. ♄

7. *cupularis*, fol. ovatis glabris, panic. sessilibus subterminalib., fruct. glandiformibus cal. cupulari exceptis. Lam. l. c. p. 447. t. 321. Aubl. Guian. 1. p. 363. Hab. in ins. Mauric. et Borbonia. Var. fol. latissimis.

8. *glauca*, fol. nervosis lanceolatis perennantibus, ramulis tuberculatis, flor. solitariis. Thunb. jap. 173. Hab. in Japonia. Folia acumine obtuso, margine reflexo, subtus glauca vel lutea in ramulis sparsi, solitarii. Oleum fructuum pro candelis inservit. Th.

9. *pedunculata*, fol. oppositis nervosis oblongis integerrimis, flor. solitariis pedunculatis. Thunb. jap. 177. Cum priore. Caul. fruticosus. Flor. versus apicem ramulorum sparsi.

10. *caustica*, fol. ovalibus rugosis perennantibus, flor. quadrifidis. Willd. p. 479. Hab. in Chili. Arbor. venenata.

11. *nobilis*, foliis lanceolatis coriaceis subundulatis venosis perennantibus, flor. subquadrifidis dioicis. Hab. in Italia, Hispan. et Oriente. ♄

12. *indica*, fol. venosis lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, flor. racemosis pubescentibus. L. Wendl. obs. bot. p. 21. t. 3. f. 22. Pluck. alm. 210. t. 304. f. 1. Seb. thes. 2. p. 90. t. 84. f. 6. Hab. in Madera, et in Canar. Cal. 6-partitus.

13. *foetens*, fol. venosis ellipticis acutis perennantibus, axillis venarum subtus villosis,

lovis, racemis elongatis compositis paniculaeformibus. Ait. Kew. 2. p. 39. L. maderiensis. San. Hab. in ins. Canariis et in Madera. ♄

14. *Persea*, fol. ovatis coriaceis transverse venosis perennantibus, flor. corymbosis. Jacq. obs. 1. p. 38. Swartz. obs. 152. Hab. in America calida. Stam. 6. Fructus magnus pyriformis gratissimus.

15. *Borbonia*, fol. lanceolatis perennantibus, calycib. fructus baccatis. L. excl. synon. Catesb. Borbonia. Plum. gen. 4. Hab. in Carolinia, Virginia. ♄

16. *caroliniensis*, fol. perennantibus ovali-lanceolatis inferne subglaucis, pedunc. simplicib., flor. fasciculo sub-capitato terminatis, cal. lacin. exterioribus duplo brevioribus. Michaux. Flor. 1. p. 243. Catesb. car. 1. p. 63. t. 63. In Carol. et Ludovisia. Bacc. subglobosa, atrocaerulea. Var. ramul. et fol. glabris et pubescentibus.

17. *Catesbaei*, fol. perennantib. lato-lanceolatis ramulisque glabris, panic. brevi-pedunculatis, cal. subrotati lacin. subaequalibus. Michaux. p. 244. Catesb. 11. t. 28. Frut. 6–9-pedalis. Stam. perfecta 6. Bac. ovata nigra. ♄

18. *martinicensis*, fol. oblongis acuminatis coriaceis perennantibus glatis, racemis paniculatis, pedunc. calycibusque tomentosis. Willd. p. 481. Jacq. Collect. 2. p. 109. t. 5. f. 2. Hab. in sylvis Martinicae. Ad L. coriaceam accedere videtur. W.

19. *exaltata*, fol. lanceolato-ovatis subcoriaceis, perennantibus planis, flor. racemoso-corymbosis, fructu calyce urceolato glabro semitecto. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 702. Hab. in sylvis montium Jamaicae occidentalis. ♄

20. *alpigena*, fol. ovatis obtusis convexiusculis coriaceis, subtus venosis glaucescentibus, racemis erectis folio longioribus. Swartz. l. c. Hab. in summis montibus Jamaicae australis. ♄

21. *triandra*, foliis lanceolato – ovatis acuminatis membranaceis planis, floribus triandris, fructus calyce fere tecto. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 706. Hab. in montibus Jamaicae occident. Flor. numerosi decidunt steriles. Sw.

22. *sanguinea*, fol. lanceolato – ovatis acuminatis, subtus venoso-reticulatis, racemis terminalib. lateralibusve erectis folio brevioribus, calyce turbinato fructum basi cingente. Swartz. l. c. Nectandra. Rottb. pl. suria. 10. Hab. Surinami. ♄

23. *surinamensis*, fol. lanceolato-ovatis acuminatis, ramis patentissimis, racemis filiformib. lateralib: axillaribusve. Swartz. p. 708. Willd. p. 482. Nectandra bijuna. Hab. in sylvis Gujanae, Susin. etc. ♄

24. *hexandra*, fol. lanceolatis, racemis axillaribus, flor. hexandris. Swartz. l. c. Ajovea gujanensis. Aubl. guj. 1. p. 311. t. 120. Hab. in sylvis interioris. Gujanae. ♄

25. *salicifolia*, fol. lanceolatis acuminatis planis perennantibus coriaceis, racemis. Swartz. p. 709. Hab. in India occidentali. ♄

26. *globosa*, fol. ovatis glabris, cym. pedunculatis axillaribus, drupa globosa. Lam. enc. 3. p. 751. Aubl. Gujan. p. 364. Sloan. hist. 2. p. 21. t. 166. f. 1. Hab. in Jamaica, St. Domingo.

27. *coriacea*, fol. ovatis acuminatis planis reticulato-venosis subcoriaceis, racemis erectis fol. brevioribus. Swartz. 3. p. 710. L. parvifolia. Lam. enc. 3. p. 451? Hab. in montib. Jamaicae. ♄

28. *Leucoxylon*, fol. oblongo-lanceolatis planis perennantibus, racemis axillaribus folio brevioribus, cal. fructiferis pedunculisque incrassatis verrucosis. Swartz. 2. p. 711. Hab. in sylvis montium Jamaicae. Cal. tumidus ex albido-verrucosus. Sw. ♄

29. *membranacea*, fol. oblongis acuminatis venosis margine convexis coriaceo-membranaceis, racemis erectis folio brevioribus. Swartz. 2. p. 713. Hab. in montib. excelsis Jamaicae, Hispaniolae. L. Borbonie proxima. ♄

30. *patens*, foliis oblongis utrinque acuminatis planis membranaceis, racemis erectis folio longioribus, ramisque patentibus diffusis. Swartz. l. c. p. 715. Hab. in Jamaicae montosis. ⊙

31. *parviflora*, foliis oblongo ellipticis acuminatis planis membranaceis, racemis terminalibus axillaribusve folio brevioribus erectis confertis subpaniculatis. Swartz. p. 717. Cum priore cresc. Quoad figuram folior. et racemorum L. Leucoxylo simillime. Sw.

32. *pendula*, fol. oblongis apice brevi attenuato venosis membranaceis subtus glaucescentibus, racemis laxis, fructibus pendulis nudis. Swartz. p. 719. Habit. in sylvis montium Jam. occident. ♄

33. *floribunda*, fol. ovato-lanceolatis planis membranaceis veno si, racemis axillari-terminalibus folio longioribus paniculatis, pedunc. longissimis. Swarts. p. 720. Hab. in sylvis montium Jam. australis. ♄

34. *lucida*, fol. oblongis serratis, ramulis ternis, floribus axillaribus solitariis subsessilibus. Thunb. jap. 174. Hab. in Japonia. ♄.

35. *umbellata*, fol. ovatis serratis, ramulis umbellatis, flor. racemosis. Hab. in Japonia. ♄

36. *aestivalis*, fol. venosis oblongis acuminatis, utrinque glabris, annuis, subtus rugosis, ramis supra axillaribus. L. Mill. dict. n.° 8. Hab. in Virginia ad ripas rivulorum. Frut. 8-10-pedalis.

37. *Diospyros*, fol. oblongo-ovalibus inferne subtomentosis, flor. glomerato-umbellatis dioicis, pedicell. villosis. L. diospyroides. Michaux. Flor. I. p. 243. L. mellissaefolia. Walt.? Hab. in Amer. boreali. Virgata humilis, nudiflora ut plerumque species Amer. frigidioris. M. ♄.

38. *geniculata*, ramis divaricatis flexuosis, fol. deciduis lanceolatis, basi subtus barbatis, flor. umbellatis polygamis. Michaux. p. 244. Conf. L. axillaris. Lam. enc. 3. p. 453. Hab. in aquis stagnantibus Carolinae.

39. *Benzoin*, foliis enerviis ovatis utrinque acutis integris annuis, flor. glomeratis lateralib. Comm. hort. 1. p. 189. t. 97. Arbor benzoinum redolens. Pluk. alm. 42. t. 139. f. 3, 4. L. *Pseudo-Benzoin*. Michaux. Fl. p. 243. Hab. in Virginia. ♄

*Obs.* Succus, odore quidem *Benzoin*, sed hanc resinam non profert, quae forte a Terminali Benzoin provenit.

40. *Sassafras*, fol. deciduis integris trilobisque flor. dioicis. L. Michaux. p. 244. Trew. Ehret. t. 59. 60. Catesb. car. 1. p. 55. t. 55. Amer. boreali. Stam. flor. mas. 9, foem. 6. brevissima. M. Remedium optimum sistit sudorificum, aperiens.

995. ANACARDIUM. *Cal.* 5-partitus. *Petala* 5, reflexa. *Anther.* 9., filam. decimo castrato. *Nux* reniformis, supra receptaculum carnosum, s. pedunc. ampliatum pyriforme.

1. *occidentale*, L. Jacq. amer. 124. t. 181. f. 35. Blackw. t. 369. Cassuvium. Lam. ill. t. 322. Rumph. 1. t. 69. Rhed. t. 54. Hab. in Indiis. Fol. simplicia magna. Flor. paniculi. Pedunc. spongiosus esculentus. (Pomme d'acajou.)

*Obs.* Est planta polygama dioica. Filamentum longius in aperis floribus sterile est, in clausis vero Antheram gerit magnam, toresam. Rott.

996. PLEGORHIZA. *Cal.* o. *Cor.* monopetala. *Caps.* 1-locularis, 1-sperma.

1. *adstringens*. Willd. Sp. II. p. 487. Enc. bot. 5. P. Guajcuru. Molin. chil. Hab. in Chili provinc. borealiorib. Fol. radical. cespitosa. Flor. terminales pedunculati plurimi. Semen unic. oblongum subcompressum. M. ♄

997. CASSYTA. *Cor.* calycina, 6-partita. *Nect.* glandulis 3, truncatis, germen cingentibus. *Filam.* interiora glandulifera. *Drupa* 1-sperma.

1. *filiformis*, filiformis laxa. L. Lam. ill. t. 32. Volutella aphylla. Forsk. descr. 84. Calodium cochinchinense Loureiro. Fl. ed. Wild. 1. p. 303. Rumph. 5. t. 184. f. 4. Herba cuscutae; fructificatio lauri. L.

2. *corniculata*, ramis lignosis spinosis. L. Burm. ind. 93. t. 33. f. 1. Hab. in Celebis montib. inter truncos putridos. Fol. lanceolato-linearia. ♄

998. PALOVEA. *Cal.* duplex: exterior urceolatus, 2-lobus, interior infundibuliformis coriaceus, 4-5-lobus. *Petala* 3? *Legumen.*

1. *guianensis*. Aubl. 1. p. 365. t. 141. Lam. ill. t. 323. Ginannia Schreb. Gen. p. 231. Hab. in Guiana. Fol. simplicia. Flor. spicati bracteati, legum. longum.

*Obs.* Genus ulterius examinandum, cujus filament. decimum forte sterile; ac potius in Decandriam ponc Bauhiniam collocandum; cfr. Juss. gen. pl.

999. ERIOGONUM. *Cal.* subcampanulatus, 6-fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1, triquetrum, cal. tectum. (Flor. pedicellati e communi involucro campanulato proveniunt.)

1. *tomentosum*, caul. herbaceo dichotomo, fol. ternis verticillatis obovatis. Michaux. Flor. 1. p. 246. t. 24. Hab. in aridis, pinetis Carol. et Georgiae. Flor. albid. Genus Polygoneum, sed vagina stipulari destitutum. M.

## TRIGYNIA.

1000. RHEUM. *Cal.* o. *Cor.* 6-fida, persistens. *Sem.* 1, triquetrum.

1. *rhaponticum*, fol. obtusis glabris, venis subtus pilosiusculis, sinu baseos dilatato, petiolis supra sulcatis margine rotundatis. Ait. Kew. 2. p. 41. Willd. Sp. Pl. p. 488. Sabb. hort. 1. t. 34. Hab. in Thracia, etc.

2. *undulatum*, fol. subvillosis, petiolis aequalibus, Lin. Syst. veg. 385. Amoen. acad. 3. p. 312. t. 4. Hab. in China, Sibiria. ♄

3. *palmatum*, fol. palmatis acuminatis. Lin. fasc. 7. t. 4. Hab. in China.

4. *compactum*, fol. sublobatis obtusissimis lucidis argute denticulatis glaberrimis. L. Hab. in Tartaria, China. Fol. coriacea s. compacta, petiol. sulcati. ♄

5. *tataricum*, fol. cordato-ovatis integris planis glaberrimis, petiolis semiteretibus angulatis, panic. sulcata. Lin. suppl. p. 229. Hab. in Tataria minore. Fol. magna radicalia humo incumbentia. L.

6. *Ribes*, fol. obtusissimis subverruculoso, venis subtus spinulosis, petiolis supra planis margine rotundatis. Ait. Kew. 2. p. 42. Desf. in Annal. d. Mus. p. 1. t. 49. Dill. elth. 191. t. 158. f. 192. (folium.) Hab. in Persia, Libano, Carmelo.

7. *hybridum*, fol. supra glabris, subtus pilosiusculis sublobatis acutis, sinu baseos angustato, petiolis supra obsolete sulcatis margine rotundatis. Ait. Kew. 2. p. 42. Murr. Comm. goett. 1779. p. 7. t. 1. Hab. in Asia boreali. Petiol. plani. ♄

8. *leucorhizum*, fol. transverse ovalibus depressis, panic. seminifera divaricata, cal. foliolis binis multoties majoribus. Pall. in N. Act. petrop. 1792. p. 381. Hab. in montosis deserti Songarici in Sibiria. Fol. radicalia ad terram appressa, per oram asperata denticulis minutissimis cartilagineo-rigidis. Petioli compressi laeves succul. P.

1001. PLÆA. *Cor.* 6-partita, patens. *Capr.* subrotundo-trigona, (tres conjunctæ?) trilocularis: septo non manifesto. *Sem.* numerosa, oblonga, margini valvularum adnexa. (Spica spathis 1-floris.)

1. *tenuifolia*, fol. ensiformi-attenuatis longissimis. Michaux. I. p. 248. t. 25. Hab. in udis sylv. Car. inferioris. Spath. convolutae amplexantes.

*Obs.* An cum *Toffielda*, potius conjungendum genus? à quo staminum numero solummodo differre videtur.

## HEXAGYNIA.

1002. BUTOMUS. *Cal.* o. *Petala* 6. *Capr.* 6, polyspermæ.

1. *umbellatus*, L. Engl. bot. t. 651. Flor. dan. t. 604. Curt. lond. ic. Juncus floridus. Bauh. Habit. in aquosis.

## MONOGYNIA.

Amyris (Icica) enneandra. Gardenia Thunbergia. Guettarda speciosa. Browaeea enneandra.

# CLASSIS X.

# DECANDRIA.

## MONOGYNIA.

Leguminosæ, *filamentis distinctis, cor. nunc regulari, nunc irregulari, v. papilionacea.* (Gen. 1003–1033.)

1003. SOPHORA. *Cal.* 5-dentatus, campanulatus, superne gibbus. *Cor.* papilionacea: alis longitudine vexilli. *Legum* moniliforme. (Fol. pinnata: foliol. plerumque numerosa.)

1. *tetraptera*, foliis pinnatis, foliolis lanceolato-oblongis villosiusculis, leguminibus membranaceo-quadrangulis, caule arboreo. Ait. Kew. 2. p. 43. Lam. ill. gen. t. 325. f. 3. Willd. Sp. Pl. p. 490. Hab. in N. Zeelandia. Arb. 10–12-pedalis, floret primo vere, antequam frondescit. ♄

2. *microphylla*, fol. pinnatis, foliol. minutis obovatis villosiusculis, leguminibus membranaceo-quadrangulis, caule arboreo. Ait. K. l. c. p. 43. Lam. ill. t. 325. f. 1. S. *tetraptera*. Lin. suppl. 230. Habitat cum priore.

3. *flavescens*, glabra, fol. pinnatis, foliolis oblongis glabris, caule herbaceo. Ait. p. 43. Hab. in Sibiria. Fruct. torulosus, glaber.

4. *alopecuroides*, fol. pinnatis, foliol. oblongis villosis, caule herbaceo. L. Mill. dict. n.° 1. Kniph. cent. 10. n.° 94. Dill. elth. 136. t. 112. f. 136. Boxb. cent. 3. p. 25. t. 46. Hab. in Oriente. ☿

5. *tomentosa*, fol. pinnatis, foliol. subrotundis tomentosis. L. Herm. lugdb. 169. t. 171. Lam. ill. t. 325. f. 2. Hab. in Zeylona. ♄

6. *occidentalis*, fol. pinnatis, foliolis subrotundis incanis subtomentosis. Swartz. obs. 154. Trew. Ehret. 27. t. 59. Hab. in America. An var. praecedentis? Fol. minus tomentosa, et fere subtus tantum subtomentosa. Sw.

7. *obliqua*, fol. abrupte pinnatis, subtus ferrugineis, foliol. parvulis basi obliquis, pedunc. verrucosis. Hab. in Amer. australi? (Herb. D. Thibaud.) Pedicelli villosi et fol. subtus subvillosa, haec quasi quadrangula, superiore ovata. Legum. longum torulosum in pedicellis squamosis.

8. *retusa*, fol. pinnatis, foliol. retusis, junioribus leguminibusque tomentosis. Hab. in insula Francine. Commer. Foliol. ovato-lanceolata apice emarginata. Flor.?

9. *japonica*, fol. pinnatis, foliol. pluribus ovatis glabris, caule arboreo. L. Hab. in Japonia. Arbor alta, fol. nitidis. Petal. chtoleuca (alba. L.) unguicul. rabellis. Flor. aestate.

10. *heptaphylla*, fol. pinnatis, foliol. septenis glabris. L. Rumph. amb. 4. p. 60. t. 22. Hab. in India. ♄

11. *monosperma*, fol. impari-pinnatis, pinnis 5-jugis, leguminibus monospermis, caule arboreo. Swartz. Fl. ind. occid. 2. p. 972. Podalyria. Enc. bot. 5. p. 440. Hab. in insulis Indiae occidentalis. Arbuscula decempedalis cort. albid. Rami ferrugineo-tomentosi. Panic. terminales, ramosae. Cor. magna, coerulea, odorata. Sw.

12? *argentea*, petiol. diphyllis spinescentibus, pedunc. racemoso-multifloris terminalibus. Pall. in Act. petrop. 2. 1778. p. 373. t. 9. Podalyria. Willd. Sp. Pl. p. 502. Hab. in Sibiria. Flores? Legum. planum 1-spermum. ♄

1004. VIRGILIA. *Cal.* 5-dentatus, gibbus. *Cor.* papilionacea. *Alæ* nervillo breviores. *Legum* compressum, ant subteres, polyspermum. (Fol. pinnata.)

1. *capensis*, fol. pinnatis, foliol. lanceolatis subtus incanis, legum. tomentosis, caul. fruticoso. Lam. ill. gen. t. 326. f. 2. Sophorn. *Lin.* Podalyria. Willd. p. 501. Hab. ad Cap. b. Sp. Flor. albi. Fur. Amorrhac. C.

2. *aurea*, fol. pinnatis, foliol. ellipticis acutiusculis, inferne subundis, legum. glabris. Willd. sub. Podalyria. Lam. ill. t. 326. f. 1. L'Her. Stirp. nov. 1. p. 157. t. 75. Cresc. in Abyssinia. ♄

3. *secundiflora*, caul. fruticoso, fol. sparsis impari-pinnatis, flor. racemosis secundis. Cav. ic. 5. p. 1. t. 401. Broussonetia. Ortega decad. 5. p. 61. t. 7. Hab. in N. Hispania. Cor. caerulea. Legum. tomentosum.

1005. PODALYRIA. *Cal.* subbilabiatus, 5-fidus. *Cor.* papilionacea, alæ vexilli longitudine. *Legumen* læve, ventricosum, polyspermum.

1. *australis* (*caerulea*), fol. ternatis petiolatis, fol. obovato-lanceolatis obtusis, stipulis lanceolatis petiolo duplo longioribus. Willd. Vent. Hort. Cels. p. 56. t. 56. S. caerulea. Tr. Pl. rar. t. 14. S. australis. L. Hab. in Amer. Legum. acuminata. Flor. caerulei.

2. *tinctoria*, fol. ternatis petiolatis, foliolis subrotundo-obovatis obtusis mucronatis, stipulis obsoletis oblongis acutis petiolo multoties brevioribus. Willd. Legum. parvulis longuius stipitatis. Mich. Lam. ill. gen. t. 327. f. 1. Hab. in Amer. septentr. Flor. lutei. Rad. tinctura nigram praebet.

3. *alba*, ramis divaricatis flexuosis; fol. ternatis petiolatis, foliolis oblongis obtusis, stipulis subulatis petiolo brevioribus, legum. obovatis. Michaux. p. 264. Sophora alba. L.

4. *villosa*, pubescens, fol. subsessilibus, foliol. ovali-oblongis obtusis; stipul. linearib., spica terminali. Michaux. Flor. 1. p. 267. In Car. septentrion. Flor. pallidi. Calyc. subsemi-quadrifidi. M.

5. *mollis*, pubescens, foliol. subrhomboideo-lanceolatis, stipul. foliaceis lanceolatis, spic. terminali. Michaux. Hab. in Carol. superiore. Flor. lutei.

6. *lupinoides*, fol. ternatis petiolatis, foliol. elliptico-lanceolatis obtusis pubescentibus, stipulis lanceolatis petiolo longioribus. Willd. p. 504. Lam. ill. t. 327. f. 2. Sophora lupinoides. L. Pall. it. 2. p. 676. Hab. in Camtschatca. Flor. lutei. Stipulae ensiformes magnae.

7. *myrtyllifolia*, fol. simplicib. obovatis utrinque sericeis obtusis cum acumine, pedunculis unifloris, calycibus basi intrutis tomentosis. S. *rotundifolia*, fol. simplicib. obovatis sericeis, flor. axillaribus, pedunculis longitudine foliis. Thunb. prod. 79. Sub Sophora. Retz. obs. 1. p. 86. In Cap. b. spei.

8. *biflora*, fol. simplicibus obovatis subtomentosis, pedunc. biforis. L. Hab. ad Cap. b. spei. Flores purpurascentes.

9. *pedunculata*, fol. simplicibus ovatis tomentosis, flor. axillaribus, pedunc. foliis longioribus. Sub Sophora. P. buxifolia. Willd. p. 505. Lam. ill. t. 317. f. 4. Hab. ad Cap. b. spei. Tomentum rufum. Flor. solitarii pedunc. longo insidentes. ♄

10. *hirsuta*, fol. simplicibus hirsutis, superioribus ovatis, inferioribus subrotundis, ramis teretibus, laciniis calycinis lanceolatis longitudine alarum. Ait. Kew. 2. p. 46. Sub Sophora. Hab. ad Cap. b. spei. ♄

11. *obcordata*, fol. simplicib. obcordatis sericeis candicantibus, floribus solitariis subsessilibus, legum. minimis 1-spermis. Lam. enc. 3. p. 445. Ill. gen. t. 327. f. 3. Hab. in Senegal. Flor. ignoti. An Ononis?

12. *cuneifolia*, fol. cuneiformib. emarginatis sericeis, pedunc. fol. brevioribus, cal. basi intrusis. Vent. Hort. Cels. p. 99. t. 99. Hab. ad Cap. b. spei. Arbusc. elegans, fol. sericeis et flor. lacteis distincta.

13. *perfoliata*, foliis suborbiculato-perfoliatis, flor. solitariis axillarib., leguminib. subglobosis. Michaux. Flor. 1. p. 263. Crotalaria perfoliata. L. Habit. in Carolinae aridis. Flor. lutescentes.

14. *uniflora*, pubescens, flor. solitariis axillaribus pedunculatis, foliol. lanceolatis, stipulis setaceis. Mich. l. c. Sophora lanceolata. Walt.? Hab. in Carol. et Georg. Fol. sessilia. Flor. lutescentes.

*Obs. Gompholobium.* Smith. in Act. soc. Linn. IV. idem genus, saltem ob fructum, videtur.

1006. PULTENÆA. *Cal.* 5-dentatus, utrinque appendiculatus. *Cor.* papilionacea, alis vexillo

brevioribus. *Legumen* uniloculare, dispermum. (Fol. simplicia.)

1. *stipularis*, fol. linearibus mucronatis subciliatis, stipulis solitariis binerviis laceris. Smith. Nov. Holl. 1. p. 35. t. 12. Willd. p. 506. Totum genus provenit in Nova Hollandia seu Australasia.

2. *paleacea*, fol. linearibus mucronatis glabris, capitulo terminali, bracteis oblongo-acuminatis dentatis flore longioribus. Willd. ♄

3. *linophylla*, fol. linearib. obtusis mucronatis strigosis, capitulis terminalibus paucifloris, bracteis scariosis bifidis calyce multo brevioribus. Willd. l. c. Sert. hannov. p. 28. t. 18. ♄

4. *daphnoides*, fol. obovatis glabris mucronatis, floribus terminalibus capitatis. Willd. Wendl. obs. 43. Ej. Hort. Herrenh. p. 7. t. 18.

5. *villosa*, fol. oblongis pilosis, florib. axillaribus, caule villoso. Willd. ♄

6. *tuberculata*, fol. imbricatis ovato-linearibus glabris, tuberculis minutis exasperatis, flor. axillaribus fol. aequantibus. Ex Herb. D. Thibaud.

*Obs.* A praecedente, quantum ex brevi diagnosi divinare licet, diversa est Stipulae scariosae, margine villosae. Fol. conferta, convexa, summa parum ciliata, flor. obtegentia.

1007. DAVIESIA. *Cal.* angulatus, simplex (s. nudus), quinquefidus. *Cor.* papilionacea. *Legum.* compressum, monospermum.

1. *ericoides*, hirsuta, fol. sparsis linearibus, margine revolutis, flor. axillaribus. *Pultenaea* sericoides. Vent. Malmais. p. 35. t. 35. Hab. ut sequens in Australasia.

2. *juncea*, petiol. teretibus: primordialibus foliosis, fol. ternatis lanceolatisque deciduis superiorib. nudis longissimis. Vent. Choix de pl. I. p. 6. t. 6. (D. *denudata*.) Sophora *juncea*. Sert. Hannoveran. p. 9 t. 3. Pultenaea juncea. Willd. Fol. distincta rarius observantur.

